


veterum dici meretur. Præter spinam folium spinosum non fert. Sed contra folio constat spinoso, nec præter hoc spinam ullam habet; Manifestus quoque in foliis amaror sentitur, qua de causa, alii id centaurei majoris, alii ad cyanorum classem referunt. Πολύπηχος præterea aut πλαντάρχης dici non potest. Quapropter veterum stoebe vel pheos esse nequit. Stoebe nomen accepit, quod folia utrinque aculeata gerat, cum veterum stoebes folia spinis vidua sint. Honorius Bellus Cretensis Medicus Epistola 2. ad Carolum Clusium, plantam, quam adversariorum auctores Poterii nomine describunt, stoeben Theophrasti esse existimat, eamque his ferè verbis describit.

Elegantissima planta, quam (nifallor) nonnulli Poterium perperam appellant, aliis Pimpinellam spinosam, cuius semina nunc accipies, legitimam Dioscoridis Stoeben esse contendo, licet ipse nullam Stoebes descriptionem reliquerit: sed affinitate nominis fretus, quod in tota fere Græcia adhuc retinet, facultatibusque quas in Medicina habet, aliisque non levibus conjecturis adjutus non vereor affirmare, legitimam esse: differreque multum à Stoebe Galeni, quam libro primo de Antidotis descripsit. Planta ista perpetuo hic viret, multisque annos durat, in orbem diffusa surculosaq; ad cubit altitudinem assurgit, folia ferens carnosa, divisa, in uno pediculo, plura utrimque disposita, que cum Autumno primum erumpunt in se contracta videntur, & Asplenii folia quodammodo imitantur, sed longe minora, que tamen successu temporis majora apparent, & Pimpinellam sorbastellem vocatam foliorum positu & divisuris emulantur, minora vero sunt. Tota planta crebris, firmis & tenuibus spinis scatet. semina fructus rubi aut mori imitantur, plures enim simul congesti sunt, initio virides, postea ad rufum tendentes: flores parvos carnosos ex viridi rufescentes multisque simul congestos profert. Super hanc stirpem nascitur Epithymum, quemadmodum super thymum, iisdemque collibus frequenter invenitur, in quibus & thymum, & thymbra, & asparagus proveniunt; nunquam autem invenitur palustris. Astringendi vi pollet, vulgariterque in tota Græcia γενέδη vocatur. Quod autem sit Dioscoridis Stoebe clarissimè patet, ubi prius ostendero. Phleos & Stoebe unum & idem esse, & ex aculeatarum genere esse; Phleum autem nomine neutrō multum à Stoebe differre, nam plerosque doctissimos viros ex confusione horum nominum in maximas tenebras incidisse conperio. Omnes enim qui phleos aut phleum apud Theophrastum confundentes eandē esse plantam putant, frustra Stoeben cognoscere conatis sunt. Nam Phleos, que vocatur Stoebe à Theophrasto lib. 6. de hist. plant, capite I. enumeratur inter eas stirpes, que præter spinam folium habent, ut hæc pimpinella spino: & non ut veritè Gazæ, que juxta folium aculeatum, altero quoque folio conduntur: eamque comparat Ononidi & Tribulo, que quidem phleos, sive Stoebe, folio constat carnoso, in ramos sparsa, multaque radices habet, non tamen altè descendit, germinat cum Vergiliis, primoque aratro una, nec folia dimittit, non enim annua, sed diuturnior est, ut idem Theophrastus libr. 6. de historia plant. cap. I. affirmit & Plutarchus in vita Thesei circa initium, Stoeben inter spinas enumerat. Menalippi, inquit, filius Ioxus Ornoxto socius deducenda in Cariam coloniæ fuit: unde Ioxides originem traxerunt, quibus mos est patrius, neque spinas asparagi, neque Stoebes igne cremare, sed honore & cultu prosequi. Aëtius vero libro tertio, capite vigesimo nono, super Stoebeum epithymum nasci affirmit. Quod autem Theophrastus cap. 3. libr. 6. de hist. plant. tribuat Phleo, cappari & tribulo peculiare quod non solum habeant caulem aculeatum, sed etiam folium bispidum, mendum esse suspicor. nam eodem libro cap. 5. Inturi sive cappari hoc peculiare esse voluit, & manifestè tribuit Phlea folium minimè pungens: dicit enim, nec phleum & ippofobum emulatur, que foliis mitibus constant. Plinius etiam lib. 2. I. cap. 15. non rectè animadvertisque Theophrastus locis citatis de phleo seu Stoebe scripsit, erravit & ipse, & multis errandi occasionem præbuit. Phleum vero, longe alia diversaque planta est à Stoebe, & ab antiquis Græcis non inter spinosas, sed inter palustres stirpes enumeratur. Plutarchus enim naturalium questionum secunda, Phleum palustrem stirpem facit, dicens, ignoravit Laytus, quod etiam palustres stirpes, ut sunt tipha, Phleum, & ulva, neque germinant, neque augeantur, ubi imbre suo tempore non decidunt. Idem fecit Aristophanes in Ranis, Chorus enim ait, saltavimus per cyprum & phleo, gaudentes cantibus. Et Theophrastus lib. 4. cap. II. de hist. Stirpium, Phleum inter lacus Orichomenni stirpes enumerat, ejusque genera statuit, mare frumentiferam, & feminam sterilem, ad nexus dunataxat utilem: fructus hujus Phlei Anthella vocatur, quo ad lixivia utun-

eur: estq; placentaceum quoddam molle & rubicundum: que quidem planta adhuc mihi ignota est. ex his liquido confitare arbitror, Pimpinellam hanc spinosam sive Græcorum γενέδη legitimam Dioscoridis esse Stoebem: nam hæc planta rectissime Theophrasti descriptioni convenit, cum ex aculeatarum sit genere, & vulgaris notitiae, facultatis astringentis, & adhuc in sanandis alvi fluoribus indistinctè à rusticis usurpetur. Nam ejus decoctionem, jejunib; & à morbo, ut ajunt, liberantur: præterea, antiquum nomen quasi retinet: nam γενέδη à γενέν derivatum esse censeo. Hactenus Bellus. Primum adversariorum auctorum sententiam examinabimus, Dein Belli, Poterion describit Dioscorides lib. 3.

Poterion. Stoebe Theophrasti.



cap. 16. Ποτέλιον Ιώνιον οὐ τοισθέρε (verus quædam ακεύδη vulgatam defendit Egineta libr. 7. Neugig, οἱ δὲ ποτέλιον eandem defendit Oribasius, qui legit, ποτέλιον οἱ δὲ φρύγιον Ιώνες δὲ γενέδη καλοῦσι (vox hæc in Ald. lect. desideratur) θέριν (vetus θερινίσιος) εἰς μίγας, κλῶνες ἡχαν μακεύσαι μελακήν, μικροτάδεις, λεπτόν, μικρέστερος τεργαστική φύλλα (verus addit λεπτά, alter pro μικρῷ habet λεπτά, vulgatam secutus est Oribasius) μικρῷ, περιφρενῇ ὅλῳ οἱ θέρινοι οὐδέκαται (alter codex φλοῖον η πολὺ χνωτ, διομόδη & Hermolaus legit) λεπτοὶ χνωτοὶ καλοῦσι, [καὶ οὐδὲ μικρόδεις] (conclusa non habentur in veteri) ἀντημικρῷ, λεπτῷ, καρπὸν οἱ [ζευσινίου διαδέι] οὐδὲ δελμόν, ἀλεπον, φύτην σὸν ἀμμαδεῖσι (caterē πολλῶν, vulgatam probat Oribas.) οὐδὲ καλούσιοι χνωτοὶ οἱ οὐδὲ ψηποὶ πήχεται δύο η τριῶν, ιχυροὶ, πυραΐδεις αἵπεις τοῖς τῇ γῇ διπτεροτοῖς, αἵπεις διπλευνοὶ καρποὶ οροιοι. ιχυροὶ οἱ οὐδὲ ιπποδαδεῖσι, πύρων διακριπτοὶ η τρεῖς μεταξύ καλλίστοι. η τὸ αφίψημεν ἡ εἴπης πινόδρομος, ταῦς τοῖς οὐραῖς διατίστη, ζημόδει. Poterion Iones Neurada vocant: grandis est frutex, ramulis longis, molibus, lori modo lentis ac flexilibus, tenuibus tragacantē proximis: foliis vero parvis & rotundis. Totus autem frutex tenui obducitur lanosa lanugine, estque spinis horridus. Flores sunt parvi, candidi: semen vero gustu odoratum & acre, sed nullius usus. Nascitur in fabulosis locis atque collibus. Radices subsunt binūm trinūmve cubitorum altitudine, firme ac nervose: que proximè terram recise, lachrymam fundunt, gummi similem. tuse autem ac illitæ, præcisos nervos vulneraque glutinant. decoctum quoque ejus potum, vitis nervorum prodest. Tod ποτελίον nomen impositum scribunt, quod potrix herba, paludosum riguumque solum amer, ut scribit Dioscorides. Nescio, ut potricis herbæ mentio-

nem

nem fecerit Dioscorides. Typographicum mendum esse puto. Scripterunt viri magni, ποντιοι, fortè quasi ποντοι, quod paludosī riguique foli amans sit, ut dicit Dioscorides; qui fruticem hunc ramulis & foliis tragacanthæ aptè confert. Verum locis riguis & paludosis non nascitur, sed arenosis & collib. Male in nonnullis pro ἀμμώδεσι, οἰάδεσι legitur. Ποντιοι Grammatici poculum exponunt. An posterior dictum existimant, quod pocula ex ligno hujus tornantur? An quod in poculis poterii planta celeri ab artificibus soleat? Neutrū apud veterem quandam auctorem legi, nec inde nomen accepisse puto. Imò assero ποντιοι quasi πολύ ιχνοι, vel πότεροι dici, duabus brevibus vocibus in longam mutatis; quod lanugine obducatur lanosa. Dioscorides, ὥλη οἱ ποντιοι ποντιοι τηλεταις λαγωνικοις ιχνοις. Favet huic etymo Phavorinus, qui τὰ ποτήρια exponit, vestimentum ex lana. Ποντιοι. λέγεται ποντιοι επὶ τὸ ιχνον ιδουμα, ιπ̄ ποτεροι λοι, καὶ διὰ τοῦ πότερον ποτεροι. Puto scribendum. Ποντιοι. λέγεται ποντιοι (νότιοι ιχνοι ιδουμα, ιπ̄ ποτεροι λοι) καὶ διὰ τοῦ πότερον ποτεροι. Id est, Poterion, poterion dicitur (εἰς ex lana indumentum quod quondam lana erat) quod potum servet. Ne γένεσις nomen ei de derunt, quod εἰς νότιοι, nervis adjumentum ferat, iisque læsis ac vulneratis opituletur; ut docet ad finem capititis Dioscorides. Auctuarii auctor αἰδινῶται, id cuspidatum, seu aculeatum, à spinis aculeisque. Φύγονος vocatur à ruberis, quas φύγονος vocant, quod adverlus eas auxilio sit. Plinius libr. 25. cap. 10. Auxiliatur eis phrynon (qui rubetarum venenum haufferunt) in vino pota; aliquis neurada appellant, alii poterion floribus parvis, radicibus multis, nervosis, benevolentibus. Dioscorides fructum bēne olere tradit, radicem verò odoratam non scripsit. Idem Plinius poterion lib. 27. cap. 12. iterum describit. Poterion aut, ut alii vocant, phrynon, vel neurada largè fruticat, spinis retorrida, lanugine spissa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lenis, tenuibus; flore longo, herbacei coloris, seminis nullius usus, sed gusto acuto & odorato. Invenitur in aquosis collibus. Radices habet duas aut tres, binum cubitorum in altitudine, nervosas, candidas, firmas. Circumfoditur autumno, & præcisō frutice dat succum gummi similem. Spinis, inquit, retorrida. Vetus codex, horrida; fortè melius. Dioscorides tenui ait esse lanugine, spissa Plinius. Flores supra libr. 25. dixit esse parvos; idem Græcus auctor. Longos ait esse Latinus, cum ex Oribasio constet, Dioscoridem μυραιοι scripsisse. Malè viri magni ex hoc Plinii loco ἀρνοῦσι corrigunt μυραιοι. Pugnantia cum tradat Plinius, quis ipsi fidem adhibebit? Semen, ait, nullius usus; Dioscorides fructum ait usum nullum habere. Hic error nullius momenti: solent auctores quandoque pro semine fructum scribere, & contra pro fructu semen. Herbacei, inquit, esse coloris flores. Dioscorides λαγωνικοις ιχνοις ait. Sed cum apud Oribasium similiter γλαυκοῖς, οὐναὶ λασινοῖς legatur; probabile admodum, sic scripsisse Dioscoridem. Malè tamen δέσμον, acutum, pro acri reddit. Quod Dioscorides φύγονος poterion vocari tradit, errandi occasionem præbuit summo viro, qui in doctrinis suis notis ad Galenum καὶ τόπους libr. 6. cap. 1. ubi hæc Galenus, νέοντος καρπονούσιον βασιλεὺλαν, νοῦ (interpretis prudenter neglexit νέοντος καρπονούσιον βασιλεύλαν) τοῦ καλούμενον ποτεροῦ ημίντερον; contendit, prunum sylvestrem, vulgo scheehendoorn/esse poterion Dioscoridis; cum prunus hæc plante tragacantho dissimilis sit. Nulla huic lanugo, præter eam quam nonnunquam prætereunte oves invitæ rapientibus spinis concedere coguntur. Nec foliis constat parvis, sed prope modum ejusdem cum pruni sativæ foliis magnitudine sunt. Nec flos exiguius, sed cerasi floribus æqualis; & quod maximus. Fructus ejus inodus, omnique acrimoniam carens, multique in medecina usus. Pharmacopœi enim ex hoc acaciæ suum fictam conficere solent, eaque Medicæ, ubi altera destituuntur, pro vera legitimaque utuntur. Eisdem enim propemodum vires habet; quod veteres etiam observarunt. Sed Dioscoridem respondent δέλμα pro φύγονος, hoc est, acrem pro acervo scripsisse. Hoc probandum esset. Nego unquam Dioscoridem hos duos sapores inter se diversissimos sic confusisse, ut alterum pro altero usurparit. Botanicorum plurim sententia est, poterium eam esse plantam, quam diligentissimus & indefessus Botanicus Carolus Clusius tragacanthæ alterius nomine, his ferè verbis describit. Tragacantha, quam aliquando Massiliæ florentem, & fructu præditam observare memini, simillima est hæc planta, fructicosa admodum, multos pedales habens ramulos flexibles, latè circumquaque sese diffundentes, canticantes, & dum adhuc tenelli sunt, lanuginosos, multis, longis, canescensibus spinis horrentes: foliorum plurimæ simul junctæ ales, lenticulae aut tragacanthæ proximæ, exiguae, candidæ,

Tragacantha altera Clusii, an poterion.



“subtiliores, neque etiam tomento pleni sunt, neque floris in tomento fert. Etenim Tragacantha in ramulis flores, & ab ipsis parvas siliquas producit, quibus semen continetur. In poterio caules in summitatibus, crassiores quasi spicæ figura cernuntur, & crasso tomento albo obducti, in quo & flores & semina producuntur. Cum Tragacantha, tum poterium habet folia parva, oblonga, leguminis modo utrinque in spinis; eaque præsertim habent in summitatibus, caulinum, &c. Hæc planta poterii ita rara est, ut à nemine haec tenus ipsius imago affabré delineata visa sit, et si plures de poterio scriperint. Ego verò proximis annis ex Creta insula ab Hieronymo Capello amplissimo & humanissimo Senatore, tunc temporis totius ejus Cretici regni generali provisore D. D. meo perpetuis nominibus colendissimo, accepi pro proterio absq; radice; & est planta haec tenus à nobis delineata. Multa tamen, (si Dioscoridis lectio ex toto incorrupta non sit, de qua re maximè dubito) ut hæc sit poterium, desiderantur. Primum enim eam describens, inquit: Poterium largè fruticat, cortice obductum tenui, spinis horridum, lanuginososque esse; ut indicaret, iis notis à tragacantha differre. Alioquin dixisset: poterion fert tragacanthæ similes ramos; sed quia non in omnibus similes, ideo voce ἄμφορες utitur. cum alioquin ὄφειον dixisset, nullaque alias addidisset notas. Hic mos Dioscoridi. Quod de floris colore scribit, id notissimum est. Neminem enim later, pro soli cœlique ratione admodum variare flores; præterquam quod de floris colore certi nihil statui potest, quod diversi sint, alterque κλασσή, alter λαζαρία tradat. Tò δένιον Plinium non rectè acutum vertisse, supra docuimus. Plinium sequitur Alpinus. Idem non satis vim verbi ἄγεντον intellexit. Sententia Dioscoridis hæc non est, quod nulla vi, facultateque prædictus poterii flos: sed ἄγεντον scribit, quod à Medicis adversus morbos non præscribitur. Sic dictanni florem cum usum nullum habere tradat, voluit adversus ullam ægritudinem, aut ullos pellendos morbos inutilis esse, & à medicis non commendari, aut apud eosdem non esse in usu. De Nardo montano cum refert, οὐτε αὐθό, οὐτε περπάν φίση, sub-intelligit ἄγεντον, quod à nemine expetratur aut desideratur. Nec probo, quod quidam ajunt, aut poterium esse, aut tragacantham. Poteſt genus tragacanthæ esse, siquidem, teste Rauwolphio, plura ejus sunt genera. De tragacantha hæc Dioscorides lib. 3. cap. 23. Τραγανθα, πίλαι ιν τακτην τη ζυλαδην, Φαινούμενοι οἱ καὶ ταῦτα γηι, αφ' οὗ καλλιεπιπονοι (Oribasius addit πικνοι) ιχυροὶ, χειμύθροι οἱ εἰπι πελν, καὶ οἱ αὐτῶν φυλάσσοι (in altero codice frustra additur μικροὶ) πολλὰ μεγάλην * λεπταί ακαδητες ίχοντα ἐγκενπένθρων τοῖς φύλαισι, λευκαὶ, ιχυροὶ, οὔφει. οἱ οἱ τραγαναῖται, δάκρυν τῆς πλεισ δόπλητοις πιστουργέμενοι οἱ Διγφίρει ή Διγυροὺς Ελεια (Catacur. λαβεν) οἱ ιχυροὶ, οἱ περπάνοι οἱ ταῦτα λουκούς. διναιοι οἱ ιχει ομοιαν κόμηι παρεμπλασιώι. Tragacanthæ radix lata est & lignosa, ac supra terram etiā eminet: à qua surculi humiles, robusti, latissimè fusi: & in ipsis foliola numerosa, tenuia, inter qua aculei sepe proferunt, quos ipsa occidunt, candidi, firmi, rectique: Est & tragacantha lachryma, quæ super resecta radice concrescit. Quo in genere præstat pellucens; levis, gracilis, sincera ac subdulcis. Vim porro habet, æquè ac gummi cutis spiracula obstruendi. Tragacantha spinarum barbulæ nomen dederunt. Recentiores Græci ἄφον vocarunt, Hesychius, ἄφον, η τραγανηρον. Gaza hirci spinam, vertit. In codice Dioscoridis observandum, esse μετρίην vocis μετρίου, jungendamque esse

De semine etiam credidi, textum Dioscoridis habere vitium, vitiatumque ab aliquo simplicium medicamentorum inexperto, fuisse. Quod ex ejusdem Dioscorides verbis facile conjici poterit; cum ipse præsertim dicat; semen nullus usus, sed gustu acuto, & odorato quomodo istud verum esse potest, quod semen poteri acutum, atq; aromaticum nullius fuerit usus? Quod credimus nullius esse usus, quia insipidum sit minime acutum, atque aromaticum, quale ita esse in nostro poterio degustavimus. Quibus colligimus, nostram hanc plantam, pro poterio missam, non abhorrere à poterio notis. Accedit etiam, ut hæc veritas magis cognoscatur, quod hæc aut verè poterium erit, ut nos putamus, ac ut Tragacantha, propter magnam similitudinem quam poterium habere cum tragacantha, Dioscorides tradidit, & in spinis, & in ramulis, atque quadantenus etiam in foliis. Non est autem Tragacantha, ut nos in ipsa planta, quam nos olim in Creta duobus scopulis, quos vulgus Gozzi appellat, observavimus. Differt enim à poterio, ut in sequenti capite iterum demonstrabimus, quod ipsa sit procerior, diversa à poterio, spinisque constat longioribus, & posterio magis sit foliata, atque ita, ut Dioscorides confirmavit, quodam tempore; quippe in vere (tunc enim ipsa regerminat) foliis ipsis spinas occultat. De istius plantæ radice & succo ab ipsa manante, quidquam, cum hæc non viderim, certi non habeo, ut scribam. Inquit Dioscorides, radicem præcisam nervis, & vulneribus glutinandi illiniri. Unde Neurus etiam dicta hæc planta fuit; decoctum quoque ejus nervorum affectibus medetur, Galenus inquit habere desiccandi facultatem absque morsu, adeo, ut & nervos incisos glutinare credatur, præsertimque ipsius radicem hac facultate donatam esse. Haec tenus Alpinus. Vulgaris codex Dioscoridis, ut vult Alpinus, corruptus non est, nisi fortè, ut dixi, pro λαζαρί κλασσή αὐθη restituendum sit. Eadem lectio apud Oribasium, qui sua quam fidelissimè ex Dioscoride exscriptis, reperitur. Rationes quas adfert doctiss. Alpinus, examinabo. Non sequitur; poterion fert ramos tragacanthæ similes: at breves autem sunt tragacanthæ rami. Ergo & poterii. Ideo enim Dioscorides addidit, longos, tenues, lanuginososque esse; ut indicaret, iis notis à tragacantha differre. Alioquin dixisset: poterion fert tragacanthæ similes ramos; sed quia non in omnibus similes, ideo voce ἄμφορες utitur. cum alioquin ὄφειον dixisset, nullaque alias addidisset notas. Hic mos Dioscoridi. Quod de floris colore scribit, id notissimum est. Neminem enim later, pro soli cœlique ratione admodum variare flores; præterquam quod de floris colore certi nihil statui potest, quod diversi sint, alterque κλασσή, alter λαζαρία tradat. Tò δένιον Plinium non rectè acutum vertisse, supra docuimus. Plinium sequitur Alpinus. Idem non satis vim verbi ἄγεντον intellexit. Sententia Dioscoridis hæc non est, quod nulla vi, facultateque prædictus poterii flos: sed ἄγεντον scribit, quod à Medicis adversus morbos non præscribitur. Sic dictanni florem cum usum nullum habere tradat, voluit adversus ullam ægritudinem, aut ullos pellendos morbos inutilis esse, & à medicis non commendari, aut apud eosdem non esse in usu. De Nardo montano cum refert, οὐτε αὐθό, οὐτε περπάν φίση, sub-intelligit ἄγεντον, quod à nemine expetratur aut desideratur. Nec probo, quod quidam ajunt, aut poterium esse, aut tragacantham. Poteſt genus tragacanthæ esse, siquidem, teste Rauwolphio, plura ejus sunt genera. De tragacantha hæc Dioscorides lib. 3. cap. 23. Τραγανθα, πίλαι ιν τακτην τη ζυλαδην, Φαινούμενοι οἱ καὶ ταῦτα γηι, αφ' οὗ καλλιεπιπονοι (Oribasius addit πικνοι) ιχυροὶ, χειμύθροι οἱ εἰπι πελν, καὶ οἱ αὐτῶν φυλάσσοι (in altero codice frustra additur μικροὶ) πολλὰ μεγάλην * λεπταί ακαδητες ίχοντα ἐγκενπένθρων τοῖς φύλαισι, λευκαὶ, ιχυροὶ, οὔφει. οἱ οἱ τραγαναῖται, δάκρυν τῆς πλεισ δόπλητοις πιστουργέμενοι οἱ Διγφίρει ή Διγυροὺς Ελεια (Catacur. λαβεν) οἱ ιχυροὶ, οἱ περπάνοι οἱ ταῦτα λουκούς. διναιοι οἱ ιχει ομοιαν κόμηι παρεμπλασιώι. Tragacanthæ radix lata est & lignosa, ac supra terram etiā eminet: à qua surculi humiles, robusti, latissimè fusi: & in ipsis foliola numerosa, tenuia, inter qua aculei sepe proferunt, quos ipsa occidunt, candidi, firmi, rectique: Est & tragacantha lachryma, quæ super resecta radice concrescit. Quo in genere præstat pellucens; levis, gracilis, sincera ac subdulcis. Vim porro habet, æquè ac gummi cutis spiracula obstruendi. Tragacantha spinarum barbulæ nomen dederunt. Recentiores Græci ἄφον vocarunt, Hesychius, ἄφον, η τραγανηρον. Gaza hirci spinam, vertit. In codice Dioscoridis observandum, esse μετρίην vocis μετρίου, jungendamque esse

esse voci *ἀγαθός*; vel ἀντί *γλαῦπος*, legendum esse *λεπτός*, nimirum *ἀγαθός*; prius placet. Ubi nascatur sponteque proveniat, non docet Dioscorides. Id facit Theophrastus libr. 9. hist. cap. 15, in Arcadia nempe & Creta. Plinius lib. 13. cap. 21. Eadem (Creta) gignit *εὐθρακάνθη*, *spinæ albae radice*, multum prælatam apud Medos, aut in Achæia nascenti. Lignosam habet radicem tragacantha, qualem non habent carduorum genera, nisi forte cum pereunt. Dioscorides *τραγανθην διέχει* ait, cum Theophrastus lib. 9. hist. cap. 1. sponte sua, sine incisione manare scribat. Sed vox *διέχει* latè lumen, ut libro & capite citato ostenditur. Officinae gummi Dragaganthi vocant. Glutinosum est, per cibrum, aut rarum linteum exprimitur, candidum, pellucidum, nitidum, licet & flavescens & subrassum reperiatur. Substantia est glutinosa, quæ difficulter teritur, & aquam, qua dissolvitur, indentam mucilaginem, instar glutinis, convertit. Elegendum candidissimum, translucens, & cuius minima portiuncula maximam aquæ copiam coagulet. Nonnulli vulgare tragacanthæ gummi, negant esse legitimum, quod verum linguae subditum, facile, ut ait Dioscorides, colligunt. Vulgare vero nunquam. Linguae enim suppositum adeo lentu, & tenax evadit, admixta saliva, ut nullo ferè temporis tractu diffolvi, liquarique possit. Sed hi Dioscoridis sententiam perperam interpretantur. Siquidem Dioscorides non de solo gummi, vel, si placet, lachryma lingua subdita, sed in eclegmate cum melle conformata, illud fieri scribit, cum inquit: *γενοῖσι δὲ αἵτης εἰς τὸ φυτὸν μητρά, ηγετεῖς βόης. ηγετεῖς τὸν καρπὸν τοιχώτην, Εἴ φαντις δύσκοπτος, ηγετεῖς τὸν καρπὸν τοιχώτην, Ηγετεῖς τὸν καρπὸν τοιχώτην, Ηγετεῖς τὸν καρπὸν τοιχώτην,* Hujus autem increbuit usus ad oculorum medicamenta, itemque ad tussim, exasperatas fauces, & vocem interceptam, atque distillationes cum melle in delictu. sed & lingue subdita liquefcere finitur. Ex his palam est, Dioscoridis sententiam esse, tragacanthæ lachrymam non solam, & per se tantum, sed in eclegmate cum melle parata linguae esse subjiciendam. Quomodo & hodie à practicis prescribitur; commiscetur enim bechicis, catapotii, & trochiseis. Oportet enim medicamenta, quibus pectus, pulmo, asperaque arteria expurgantur, ad tempus quoddam ore, lingue subdita, retinere, ut leviter sensimque liquefcant, & commodè in asperam percolentur arteriam, perveniantque ad locum affectum. Atque haec causa, cur Dioscorides eclegma prescripsit, eique addat tragacanthan. Nam si hujusmodi medicamenta devorentur, statim descendunt ad ventriculum, nec ad pulmones, pectusque deferuntur. Huic & altera accedit ratio, quod si Dioscorides intellexisset lachrymam per se tantum submittendam; subjunxit quidem, ut ipso mos est, quibus in morbis id factitandum esset. Quandoquidem planè absurdum videretur, scribere, quod aliquod gummi lingue subjiciatur, paulatimque liquefcere cogatur, ac deinde silentio involvere, quibus in morbis id faciendum. Planta ipsa nota satis. Hujus spina est densa, totaque candida, uno cespite multa copia aggesta, caules edit plures, lignosos, rubustos, latèque dispersos, ex quibus procerrimus cubitalis, reliqui minoris. Ex his spicula foliata, utrimque quasi pinnis oriuntur, quæ ima & vetustiora, veprem ostentant: superiora pallentia perpetua sunt, etiam peregrino solo, ut in hortis nostris videre licet. Folia circa ramulos complura, ex multis ad unum nervum sive costam cohærentia, instar foliorum lenti, quorum singularia tenuia sunt & angusta. In summo inter folia & spinas stipantur multi floculi invicem collecti, genistellæ similes, sed albi: succedunt filique numerosæ, rectæ, ciceris, aut genistellæ spinosæ modo, sed multo minores, & ex flavo candicantes, in quibus semina exilia, albanticaque includuntur, finapi magnitudine. Radicem habet lignosam, longam, albam, digitæ crassitie in obliquum latè sparsam, summo terræ cespite hærentem. Florent apud nos Iunio Iulioq; mensibus, semenque Augusto, Septembrique maturum reddit, ex quo novæ enatæ plantæ, adversus hyemis injurias protegi debent. Sponte in Gallo-Provincia prope Massiliam provenit collibus ad Austrum devexis, vocaturque barbe renard, & ram è bouc, id est, vulpina barba, & surculus hircinus. Petrus Bellonius libr. 1. observationum cap. 16. duo tragacanthæ genera in Creta observari tradit. Tragacantha, inquit, in montium superciliis abunde crescit, cuius duo genera observavimus. Afferimus autem ejus gummi minimè istic colligi, licet nonnulli satis temere id prescripsent: quam nostram assertionem, si opus esset, auctoritate primarii insulæ Domini Equitis Antonii Calero, probare possemus, corā quo de ea re verba fecisse meminimus. Supra dixi, Rhauwelphiū tria observasse genera, quatuor

Tragacantha.



describit Alpinus; duoque poterii genera, quæ ad tragacanthæ historiam referri debent. Ceterum, quartum tragacanthæ genus ab Alpino descriptum, rectius quam ex figura colligi licet, ad spartium referri potest; quod ipse fateatur Alpinus. Sed unde digressi sumus revertamur. Indagandum, an planta, cuius imaginē exhibemus, quamque pimpinellam spinosam vocant, sit poterion; an verò pheos, vel stœbes. Poterion esse nequit, quod nec flexiles, lentisque habeat ramos, sed duros, lignososque, qui flecti, nequeunt, tragacanthæque, quibus à Dioscoride comparantur, planè dissimiles, nis quod utraq; spinosa sit. Folia habet pimpinellæ modo dissecta ac divisa, (unde pimpinellæ spinosæ nomen accepit) neutiquam rotunda. Lanugine, tomentoq; caret; scatet poterion. Semen habet adstringens; acre poterion. Radix pimpinellæ tenuis, dura, exucca, pedetū vix alta; poterii vero binū ternumve cubitorū est altitudine firma, ac nervosa, quo proximè terram recisa lachrymam gummi similem fundit, quo caret pimpinella, quam spinosam vocant, &c poterion assertunt. Nata nobis hæc planta ex semine anno 1627. quod diligentissimus Pharmacopœus Rhodolphus Waldburch Roma attulerat; verum hyems subsequens corrupit, etiam si diligenter eam in frictili asservarem. Idem de hac planta observavit magnus Botanicus Carolus Clusius. Pimpinellam, inquit, spinosam aliquories mihi è semine natam, diligenter in horto & frictilibus servare volui, sed semper hyems subsequens abstulit. Hanc honorius Bellus stœbe veterum existimat. Unum tantum objici potest, quo minus Belli amplecti possit sentire, quod non sit πολύπιξ, sed unicam duntaxat habeat radicem. Respondendum, fortasse, aliter se rem habere in Creta, ubi sponte nascitur, perennisque planta est, nec hyemis metuit injurias. Quanquam eo nomine fortè πολύπιξ dici posset, quod multas habeat fibras, quæ & radices aliquando dicuntur. Verisimile admodum, in Creta, ubi perpetuū viret, plures habere radices, quotannisque novas etiam διαφύεται, five stolones cum novis radicibus adquirere, ita ut tandem πολύπιξ dici mereatur.

Tē ἢ τῆς καππαρίς, &c. Καππαρίς, & Phavorino placet, dicitur, quod in campis, non verò locis præruptis, arduis, tumulisque, pulcherrima proveniat. Καππαρίς. ὅτι η πόλη η οὐκλάντα καππαρίς φύσει. οὐχὶ εὖτος οὐ καππαρίς, εἴη αὐτὸν καππαρίς, τούτη μετενθέλλεται μὲν εἰς πατρίδας εὐτες Ωραὶ οἱ Μήναις. Capparis, nomen accepit, quod copiosa & pulchra in campo nascatur, non autē locis præruptis. Ergo erit capparis, in mutato in p. Sic Horus Milesius. Hoc etymon duab. de causis improbo. Prima, quod vox καππαρίς sit Lātina, nec à Grēcīnis Barbaris, & infimi evi usurpata, vox verò καππαρίς, etiā apud antiquissimos reperitur Grēcos, uti apud Aristophanem, ut prodidit libr. 2. Athenaeus. Καππαρία, βαζαρίδη, θύμια, ἀστροτρύγη, πτηνά, δάμανον, σφάκελον, τύλιπον. Vertunt.

Capparis, pulegium, thymum, asparagum, picem, sphacelum, tympanum. Quid tympanum? quid pix? quid sphacelus in herbarum censu? Tympanus instrumentum, sphacelus morbus, pix res ex pinguedine & succo coniferarum arborum confecta. Hæc notissima. *Ἄντι πίτυν* corrigit πίτυν. & *ἄντι τύμπανον, πίγξαν*. Pitum autem cum pinum exponunt, errant, non tantum quod πίτυν pinum exponant, cum vertere deberent, sed quod inter culinarias plantas recensent arborem. Eadem de causa nec *ῥάμφος* inter memoratas plantas locum habere potest. Totum hunc locum sic scribe; *Κάππαριν, βλαχηὸν, θύμον, ἄνθερον, πίτυν, ῥάφαιον, σφάγνον, πίγξαν*. Id est, capparin, pulegium, thymum, asparagum, chamepityn, *ῥάφανον*, salvia, rutam. Pitum, aliquando chamæpityn significare, libr. 9. probabo. Hoc si minus placet, pro πίτυν scribere θύμον, vel aliam quandam culinariam plantam. Suffici, quod capparis vox apud antiquissimos Græcos inventur. Altera ratio, quod culta fugiat, ut Theophrastus cæterique rei rusticæ scriptores tradunt. Ergo non quod in campo proveniat, nomen accepit, verum quod melancholia, furorique medecatur, *τὸῦ καππαρίου αἴσιος*, Diocorides lib. 2. cap. 204. *Οὐ μὲν καρπὸς αἵρετος αἰλῆνα τῆκει, ἀλλὰ δύον μετ' οἷον πιόδηρον ιππίηις μέ.* Fructus drachmarum duarum pondere ex vino potus, ad dies quadraginta lie nem absunt. *Καππαρίσταν οὖτος εἴη τὸν οὐλητικὸν των μητέρων.* Spleneticis quoque cum hordeacea farina imponitur. A Galeno, Aegineta, aliisque medicis celeberrimis, adversus maniam, melancholiā, aliosque tales morbos quotidie præscribitur, Plinius lib. 20. cap. 15. Innocentius Italicum est. ferunt, eos qui quotidie id edunt, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus; Verum ergo etymon diximus, si modo Græca sit vox, non Phœnicea, aut Arabica. Cæterum *καππαρίου*, idem quod *καππαρίου*. Pindarus in Nemeis libr. 8.

Κρέατων δῆκα παύει δίκαιη
Ταῦ οὐράνοις αὐγήρ.

*Praestantior enim sedat litem
Priorem vir.*

Lapis quoque in Laconia, tribus à Gythio stadiis, in quo Orestē sedisse, & à furore cessatum, scribit Pausanias, ex Doricæ lingue proprietate dicitur Jupiter *γεννητος*, id est, Jupiter *sedator*, qui sedat furem. Latinis capparis, & cappar dicitur. Columella lib. II. c. 3. Capparis plurimis provinciis sua sponte novalibus nascitur. Sed quibus locis ejus inopia est, si serenda fuerit, siccum locum desiderabit. Palladius in Octobri Tit. II. Cepullæ seruntur etiam hoc mense, vel menta, & pastinaca, thymum & origanum, & cappar mensis initio. In omnibus, quos vidi, codicibus, etiam antiquissimis anno 1482. & anno 1498. Regii expressis, cappar legitur. Doctissimus Gaza inturim vertit. Auctuarii auctor sic à Romanis vocatam refert. Παρμαῖοι σπειρὶ Περσικῶν, οἱ δὲ Ἰννονεῖς. Aldinus codex, *lxxviii*. Malo Græcam, vel, si placet, Arabicam servare vocem, quod à probatissimis auctoribus Latinis semper capparis vocetur. Aliam capparis delineationem, quam Theophrastus tradere videtur, Dioscorides lib. 2. cap. 204. dedit. Κάππαρεις θάνατος ιστιν αὐγεσθέντει, εἰπε γῆς γυρεῖς ιστραμένῳ, ἀγέλης ἀγκυροειδεῖς ἔχον οἱ βαττοί. Φύλα προγόνων, καλέσι Κυδωνία ὄνοια, καρπὸν ἢ οἷον ἐπίστας, οἱ αὐγεσθέντες λαβοῦντο τοφεῖται ἄγρῳ. οὐ πεσοντο διέλοντες τὸ οὖτον βάλλεται πτερυγης, οπερ ἀνοιχθεῖται ξεινούς κόκκινος ἀπειροῖς μικρεσθεῖς ιερθροῖς, μέρος ἐντατού, ηδὲ μεράλας τολείστες. Φύτευται τοικιδαὶ σε τεχνήσις & λεπτοτάτοις τοποῖς, ηδ νύστοις, ηδ σινηπίδιοι. Capparis frutex est aculeatus, per terram in orbe stratus. Spinas, ut rubus, habet in ham modum, aduncas: folia mali coroneæ, rotunda, fructum vero olivæ instar: qui cum debiscens panditur, florem promit candidum. Hoc vero dilapo, nonnihil glandis oblongæ figura invenitur, quo lapertum grana, tanquam punici malis, exigua, ruberitriaque intra se ostendit. Radices lignosæ sunt, grandes ac numerose. Asperis plerumque locis, tenuique solo. In insulis, domorumque areis nascitur. Dioscorides capparim fruticem esse tradit; Theophrastus suffruticem. Aculeatum caule habere, refert Dioscorides; idem Theophrastus docet. Per terram in orbe stratum eundem caulem, scribit Dioscorides, idem apud Theophrastum lib. 6. cap. 5. & lib. 7. cap. 8. legitur. Verum ἀντὶ ἐπιγόνων, ἐπιπλόκων codices habent. Male; siquidem caule perpetuo capparis est. Illud etiam quod recticaulibus opponatur, probat ἐπιπλόκων legendum. Accedit, quod hoc ipso capite ἐπιγόνον tradat, quod ipsa comprobat experientia. In Arabia vero arborescit, hyemaque folia servat; quod ignorasse videntur veteres. Sed plura de hac lectio-

ne capite citato Theophrastus; quales verò ferat spinas, non recenset. Dioscorides instar rubi, in hami modum aduncas ait esse. Folia, ex Dioscoridis sententia, ad cotoneę mali similitudinem rotunda sunt. Theophrastus subhispida eadem scribit. Fructus Dioscorides cappari tribuit, instar olivæ. Καρπὸς vocat non ipsum fructum, vel semen intus contentum, sed capitulum, sive potius floris rudimentum, hoc est, nondum completum florem, ut ex sequentibus apparet. Ait enim, quando dehiscens panditur florem promere. Ergo ante florem fructus; quod absurdum est. Fructum ergo vocat, quod vulgo appetitus, gulaque gratia commedimus. Sic sophylus, ut infra dicam, papyri Thyrsum fructum vocavit. Cappares, quæ ad nos feruntur, multo oliva sunt minores. Sunt tamen fructus (liceat ita cum Dioscoride appellare) alii majores, alii minores, qui in præcipua, primaq; sunt commendatione, multoque sunt pretiosiores, quam majores; qui id, circa ad nos adveyhi desierunt. Minores ergo, quod palato melius sapient, meliores habentur, sed salubriores sunt majores. Sic delicie homines fallunt, sanitatis detrimento. Sapor, qui in illis percipitur à muria, vel aceto, ascitius est. Utriusque fructus, seu viridis, seu maturus, gustanti præbet saporem satis acrem, & ingratum. Minor facilis, at penitus imbuitur conditura, quod per paucum succo carneque constat; major conditum non ita facile contrahit, sed melioris est succi, & melioris alimenti. Sed hic culinæ error. Rectè olim Philosophus, nihil medico, valetudinique magis adversatur, quam bonus coquus, & delicatum palatum. Flore, inquit Dioscorides, *dilapo*, nonnihil glandis oblongæ figura invenitur, quod aperatum, grana, tanquam punici malis, exigua, rubentiaque intra se ostendit. Hoc fructum vocat Theophrastus, & verè fructus est. Quid fructus sit, lib. I. docuimus. Theophrastus capparis fructū Balani unguentariae fructui comparat. libr. 4. hist. cap. 2. Granorum, quod sciam, non meminit Theophrastus. Radices capparis Dioscorides liginosas, grandes, & numerosas esse scribit. Contra μορόπιζον tradit Theophrastus. Docti Theophrastum & Dioscoridem conciliare conantur. Ajunt verba hæc μορόπιζον &c., & quæ sequuntur, ad pheos hippopheosque pertinente historiā. Sed valde errant. Eodem enim hoc capite Theophrastus pheon μολύβδον esse, inquit. De cappari hæc apud Palladium in Septembri titul. 13. reperiuntur. His iisdem diebus seritur capparis; latè serpit; succo suo terris nocet; serendum est ergo, ne procedat ulterius, circumveniente fossato, vel luto stratis parietibus, solo sicco & gracili, herbas sponte persecutur: floret aestate, sub occasu vergiliarum capparis arescit. Posteriora hæc ex Theophrasto habet; quæ satis ostendunt, verba illa μορόπιζον &c. ad capparis historiam referenda. Quod in totum Theophrasto adversaretur, qui pluribus in locis scriptit, capparim culta fugere, quod veterum nemo de pheo tradidit. Capparim asperis locis tenuique solo in insulis domorumque areis nasci, tradit Dioscorides. Idem asserit, caulem frumentum sale condiri. Ταχίζεται δὲ ὁ καυάς αὐτὸς, οὐ ὁ καρπὸς εἰς βέσσαν. Caulem cibo idoneum testatur experientia, Plinius lib. 15. cap. 28. In papyris & ferulis spinaque alba caulis ipse pomum est. Sunt & fculni caules; in fruticoso genere cum caule capparis, in siliquis vero quod mandit, quid nisi lignum est, &c. Ægyptios papyri caule crudum coctumque mandere, supra memoravimus, eosque succum tantum devorare, diximus. Hac de causa caulem siue Thyrsum Æsculus, qui regnante Xerxe commentatus est, καρπὸν vocavit. Βλέπους δὲ καρπὸν εὐ καρπεῖ στόχῳ μήτερ; bybli fructus non sustinet spicam magnam. Vide cap. II. lib. 4. ubi de papyro egit Theophrastus. Docti quidam Botanici sibi persuaserunt, aliam capparim Dioscoridem, aliam Theophrastum delineasse. Ad rem si bene attendant, unum tantum genus ab utroq; descriptum animadventent. Capparis alia domestica, & aliquo modo culta, hoc est, locis proveniens minus asperis ac incultis: alia sylvestris; quæ folio est acuto, id est, subhispido, quod non habet domestica, quæ mali cotoneæ rotunditate est. Quod ad radicem, idem dicere licet; nempe in cultis plures ferre, in incultis raro plures quam unam habere; quamquam etiam in cultis similiter raro plures habear. De generibus hæc Dioscorides. Η μὲν τοις Δεσμοῖς καρποῖς, γανάκιον δὲ κατὰ τοὺς Μαργαρίτας λεγείμενον, ἐπονθουσιοῦ ἴχθυῶν ἵππην δὲ τυγχάνει οὐ τὸ Απελλαῖον οὐδὲ τὸ τῆς ἑρεβῆς θυλαῖσιν καὶ Δεσμοῖς, δρυμωτὴν, φλυκταινούσην τὸ σῶμα, καὶ καπτοδιονούσην τὸ οὖλα ἄλλης γανάκων. Οὕτως τες βασινοὶ αἱ επεπλήθε. Porro Capparis Africa presertim, quæ apud Margaritas appellatos nascitur, vehementer inflat. Apula vomitum facit: quæ autem ē rubro mari & Africa defertur, acerrima, siquidem in ore pustulas excitat, & gingivæ offe-

tenuis exest. (Lacuna in vetustiss. codice legit *Agathorum*
putrefacit, corruptit, quapropter est cibis in p. 4. Tous
x̄s μαρμαρίδες optimas ait Dioscorides. Qua orbis parte
Margaritae sitæ sint, ignoro. Legendum, mutatis duabus
litteris, μαρμαρίδες. Nam & Marmaridae Straboni lib. 17.
Geographiae circa finem, populi dicuntur Libyæ, Cyrenis
proximi. Μάρμαριδες διεγέρεται οἱ Αἰγύπτοι. οἱ ιεροὶ τῆς Κυρηναίας,
οἱ οὐλονούσιοι βάρβαροι Μαρμαρίδες. Nam eousque Ἀγύπτος
pertinet: Deinceps est Cyrenaica, & Barbari cir-
cumhabitant Marmaridae. Idem libr. 2. οἱ Αἰγύπτοι οἱ
Μαρμαρίδες, οἱ καὶ τῆς Κυρηναίας, ad Ἀγύπτον quidem Mar-
maridas, usque ad Cyrenam. Plinius libr. 5. cap. 6. Ea
qua sequitur regio Mareotis, Libya appellatur, Ἀγύπτον contermina, tenet Marmaridae, Adyrmarchidae, dein
Mareotæ. Ex οἱ τῆς ιεροῦ διελόσιν καὶ Λιοντὶ θρησκευτική.
Corruptus codex; scribe ex Galeno. Ex οἱ τῆς Ερυθρᾶς
Ιολάσιον καὶ Ἀγγοῖο δεικνυτή. Galenus libr. 7. t. impl. Η οἱ εἰ-
τοις θερμοῖς παντὸς γανακεῖν κατηπερ, οὐ περ Εἰς τὸν Αἴγυπτον
παντὸς παρ ημῖν οὐδεμιάτερ, οὐδὲ καὶ τῆς καυστικῆς ἐπιτάξιον ισ-
τηκει διαράμετος. Hoc est: Porro capparis, qua in valde calidis
serventibus regionibus provenit, ut quam fert Arabia,
multo est nostrate acrior; adeò, ut plurimum etiam habeat a-
durentis facultatis. Plinius libr. 13. cap. 23. Ibi (in Ἀγύπτῳ)
& capparis firmoris igni frutex, seminisque & cibi
vulgati, caule quoque una plerumque decerpto. Cavenda ejus
genera peregrina: Siquidem Arabicum pestibus; Africum
gingivis inimicum, Marmaricum vulvis & omnium infla-
tionibus. Apulum vomitus facit, stomachum & alvum solvit.
Quidam id cynosbaton vocant, alii opheostaphylen.
Scribe ex Dioscoride, Arabicum pestilens, gingivis ini-
micum, Africum, præcipue Marmaricum, vulvis & terminum inflationibus, &c. Cynosbaton vocarunt, quod ha-
matas rubi modo spinas habeat. Pro opheostaphylen, a-
pud Auctuarii auctorem φυλατεψιαν legitur. De cultura

Capparis folio acuto.



capparum vide lib. 1. item cap. 1. lib. 3. de causis. Cap-
paris alia spinosa, fructu minore, folio rotundo, obtuso; a-
lia folio acuto, pungente. Aculeatus frutex est, cuius ra-
muli non minus acutis &, hancorum instar, aduncis spinis
horrentes quam rubi, per terram orbiculariter sternuntur,
si non pedamentis quibusdam fulciantur: folia circa
hos lata: veluti mali cotoneæ, sed tamen rotundiora; &
fini quorum tenues exent pediculi, capita rotunda pro-
ferentes; quib. dehiscentibus flos candidus panditur, ro-
sa aut mali cotoneæ similis; quem sequuntur fructus ob-
longi, olivis similes, in quibus semina parva & albida con-
duntur, ex ruffo milio non dissimilia. Radix lignosa, gran-
dis, crassiore cortice conveftitus, cuius in medicina fre-
quens usus. Floret aestate, viget in autumnum usque. Ru-
dimenta florum antequam dehiscant, colligenda & muria
aut sale condenda. In Creta tamen, teste Bellonio lib. 1.

observ. cap. 17. elixi, & nonnihil saluti venduntur. Eo-
dem tempore (Mense Mayo) capparum flores leguntur,
atque in foro venales proponuntur, non conditi, sed elixi
duntaxat, & nonnihil saliti. De Arabicis capparibus hæc
lib. 2. observ. cap. 60. Bellonius; Per istos colles oberran-
tes, cappares invenimus, pumilarum sicuum altitudinem ex-
quantes, ut nobis consendenda fuerint ad earum fructus col-
ligendos, gallinacei ovi magnitudine, & semina intus conti-
nentes, piperis instar calidæ, ipse cappares juglandibus mag-
nitudine non cedunt. Vi verò infibres album sinapi in vi-
num vernachium injiciunt ne ferreat, sed diutius suam dul-
cedinem retineat: sic Arabes istarum capparum semina, in
suis vinis commiscere solent, ut dulcia ea conservent; quod
etiam Avicenna annotavit. Alpinus libr. de plant. Ἀγύπ-
τi. Cappares Alexandriæ majores, quam alibi inveniuntur,
proveniunt, quos cappar quoque appellant. Unum restat,
quod Dioscorides scribat Apulas Cappares vomitū mo-
vere; quod tamē experientia contrarium reperitur. For-
tassis, ut rectè Mathiolus, hac facultate pollent, dum ad-
huc recentes & virides, muriæ nondum conditæ sunt.
Haec tenus de capparibus; quaæ ad nos ex Italia Hispania-
que conditæ acero, aut muriæ adferuntur.

[O οἱ τείτοι, &c.] Τείτοι, οἱ τείτοι βαλλειν quod
fructu suo tria vulnuscula infligat, vel quod cuspidatum
trifariam feriat. Malunt alii, à seminis triquetra figura,
tribulo bellico instrumento simili, nomen impositū. Tri-
bulus instrumentum est triplici aculeo, quod in quamcun-
que partem volvas, semper mucronem spiculumque in-
festum ostendit. Hujusmodi murices ferreos Princeps
Auriacus Mauritius in obsidione urbis Geertrüdilbergæ
adversus comitis Mansfeldici subitam equitatus irrup-
tionem spargi curarat. Instrumenti hujus mentionem fa-
cit Plutarchus in vitis, & Valerius Maximus, & Curtius
eo usi fuisse tradunt. Nobis prius etymon magis arrideret,
existimamusque, instrumento bellico nomen impositum,
quod tribuli fructui sit simile. Tribulus enim ante usum
hujus instrumenti extitit, notaque fuit planta. Tribulus
alius palustris, alius terrestris. De palustri libr. 4. egi. Ter-
restris à Virgilio inter frugum morbos, & à Plinio inter
terre pestes recensetur, libr. 1. Georg.

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Effet rubigo, segnisque horreret in arvis
Carduus: intereunt segetes, subit aspera sylva,
Lappaque, tribulique: interque nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.

Divus Apostolus ad Hebreos cap. 6. vers. 8. Εξ θεού
οἱ αἰρέταις καὶ τελεόλαους αἰδεῖμενοι καὶ καπνίσας ίψος, οἱ τὸ πελοῦ
εἰς κανῶν. At qua profert spinas & tribulos rejectanea est,
& maledictioni proxima; cuius exitus tendit ad exsuffio-
nem. Plinius libr. 18. cap. 17. Nam lolium, & tribulos,
& carduus, lappaque, non magis quam rubos, inter frugum
morbos potius, quam inter ipsius terra pestes numeraverim.
Terrestris tribuli duo genera describit Theophr. quorum
prius folio est ciceris, alterum spinoso. Utrumque σε-
ρηνίστατον. Malè vertunt, fructu aculeato constat. Περι-
ηρόπτερον est quod fructus cingit; vox apud Latinos usurpa-
ta. Redde, quod pericarpium aculeatum habeat: Unum
genus Dioscorides describit libr. 4. cap. 15. Sed utrum
prius, an alterum describat, non satis constat. Τείτοι, in-
quit, οἱ τείτοι αἰδεῖμενοι τὰ φύλα τοικε, λεπτοῦσα οἱ (vetus
addit πολλῷ) καὶ τὰ κληματα παρεῖσα (vet. κανάλια μετρά) καὶ γῆς
ιστριμένα. οἱ τείτοι αἰδεῖμενοι σφραγίδας, σπληγάδας. Φύτει τὸ τείτοι
ποταμοῖς, οὐ οἰοποδεῖς. Tribulus terrestris foliis est portulacæ,
at tenuioribus: viticulis vero longis in terra stratis, & spinis
secundum ipsas acerbis ac præduris. juxta annes & domorū
areas nascitur. Utrum prius, an alterum, an tertium ab u-
troque diversum describat Dioscorides, inter doctiores
non satis convenit. Nos (salvo meliori judicio) existi-
mamus, Dioscotidē primum delineare genus. Hoc Theo-
phrastus folio describit ciceris; portulacæ Dioscorides.
Utrique ergo folia diversa. Sed pro ἀρχῇ apud Dio-
scoridem cum viris doctissimis, Pena, Lobelio, Saraceno,
lego ἀρχῃ, vel ἀρχῃ. Ἀρχῃ lentis vitium, quod Plinius
craccam vocat; vide cap. 10. libr. 8. Aracho folium oro-
bo simile; orobo autem ciceris. Idem ergo de tribulo
tradunt Dioscorides & Theophrastus. Non placebit for-
tassis hæc emendatio; quod vulgata lectio apud Oribi-
sum reperiatur: Instabunt, & alii, Dioscoridem alterum
tribuli genus describere. Horisententia probare nequeo,
quod alteri tribulo folia spinosa, portulacæ verò mitia,
& carnosæ sunt, omniq; aculeo carentia. Ad primū dico, ex-
scribentiū negligētia accidisse, quod vox ἀρχῃ in ἀρχῃ
mutata est, mendumq; hoc esse admodū antiquū. Puta cū
ignorarent, quid esset ἀρχῃ, nomen infrequens, & raro
occurrens,

occurrens, in herbam cognitam satis verbum hoc mutarunt, & pro ἀργετῷ, ἀργετῷ scripsierunt. Illud verum esse suggerit Plinius, qui libr. 21. cap. 16. ubi tribulorum, ut supra monuimus, historiam confundens, terrestrem tribulū scribit folio cicerculæ: *At in reliquo orbe genera duo: uni cicerculæ folia, alteri aculeata: hic & serius floret, magis quæ septa obfit villarum; semen ei rotundius nigrum in silique; alteri harenaceum.* Legit apud Theophrastum, five Dioscoridem, aut alium auctorem pro ἀργετῷ, ἀργετῷ. Quod non leve indicium, ἀργετῷ estate Plinii scriptum fuisse. Hesychius ἀργετός, ὁ περὶ τὸν τὸν αὐτὸν τὸν λαθύρον. Quid notius, quam lathyrum cicerculam exponi? Hæc si forte non arrideant, omnino fatendum, alium tribulum Theophrastum, alium Dioscoridem describere. Ceterum, nec illorum rejicienda opinio, qui pro ἀργετῷ, ἀφάντῳ malunt legere. Talia folialia tribulum ferre, ipsius plantæ inspeccio docet. Alterutrum legendum, & scribendum, contra auctoritatem Oribasii, & vulgatorum codicum ἀφάντῳ, vel ἀπάχῳ; vel, vulgata servanda lectio, ac dicendum, Dioscoridem à Theophrasto diversum describere tribulum. Sequitur, η τα κλήματα μηνα. Male in antiquo, καίνα μηνα legitur. In vulgatis codicibus vox μηνα desideratur, quam addidit ex Oribasio, & vetusto quodam codice doctiss. Saracenus. Longas esse tribuli terrestris viticulas, ipsa κλήματα indicat. Τα κλήματα vocat petiolos longos, ex foliorum alis nascentes. Προς αὐτούς ἀκαθάτα, &c. Utterque interpres Serapionis & Oribasii αὐτούς non ad κλήματα sed ad φύλλα retulerunt, idque, quod alterū tribuli genus spinosum tradat Theophrastus. Nobis probabile, ad proximè præcedentem vocem referandam esse, non ad remotiorem. Nam à viticulis, ut rectè observavit Saracenus, haud longè diffitæ spinæ, quæ fructum ambient. Vel αὐτούς, cum eodem, substituendum reor, καρπούς. Spinorum enim, seu aculeatum tegumentum utriusque tribuli fructui tribuunt Theophrastus & Plinius: quod ita habere omnibus rei herbariae peritis compertum est. Στρυφᾶς ἀκαθάτα dixit, uti nos acerbas; quod atrectantibus molestum interdū vulnus infligant. Πολεμούς vocem redundare, idem Saracenus, vir summus, existimat, ac à scio quodam ex proximè sequenti periodo huc fuisse translatum. Vix enim fuerit verisimile, unam & eandem plantam, & juxta flumina, & in domorum areis nasci solitam. Plinius certè quidem in hortis terrestrem tribulum nasci prodidit, uti aquaticum in fluminibus libr. 20. cap. 10. Nobis tamen non videtur rejicienda hæc vox, quod ea apud Oribasium & Serapionem reperiatur. Fie-

Tribulus Terrestris.



ri enim potest, eandem plantam in domorum areis, hortis, & juxta flumina nasci. Molestissima apud Batavos in hortis, & areis domorum becabunga; eadem juxta flumina, locisque reperitur palustribus frequens. Viola Calathiana, quæ ab aliis inter gentianæ refertur species, in arenosis Bataviæ collibus nascitur; eadem & locis palu-

stribus & paludosis copiosè provenit; lætius tamen locis aquosis, quam arenosis. Illud tamen fatendum, tribulum terrestrem, qui ab omnibus cognoscitur pro legitimo, rarius ad flumina reperiri. Unum restat; quod Plinius pro ονομασίᾳ apud Theophrastum legerit ἀμενδες. Alteri inquit, harenaceum. Vulgam servamus lectionem, quod tribuli semen sesamo, non arenæ simile sit. Tribulus terrestris, est herba multis vetriculis, gracilibus, prælongis, cubitalib, plerunque, quas frequentes nodi distingunt, prædicta; quibus adnatæcuntur alata folia, seu numerosa foliola, gemino versu uni costæ inhærentia; ciceris foliorum instar, quibus valde similia sunt, sub acri gustu, cum quadam adstringione. Flores ex singulis foliorum alis nascentur, longis petiolis innixi, flavi, potentillæ floribus forma pares, sed minores, quinque foliis constantes: fructus ejus quinque partito divisus (quatuor autem spinis singularè divisa, quæ gilbæ & dorso eminenti sunt, constant) sub foliis latens, in quo totidem semina. Radix interdum minimi digiti crassitudinem æquat. Floret mensie Iunio, Iulioque; semen Augusto & Septembri maturum est. Ad arvorum semitas, in quibus melopepones Salmanticæ seruntur, frequentissimè provenientem inventit Clarissimus, & summus Botanicus Carolus Clusius, Watenesii Toparcha, hortulanis valde molestum & exossum; quoniam fructus ejus (qui per maturitatem facile de planta decidit) firmis aculeis pedes illorum nudos graviter offendit. Reperitur & in Galliæ Italiaeque plurimis locis. Invenitur & in Creta, ubi antiquum, paupèr tamen corruptum, nomen obtinet. Bellonius libr. 1. Obsr. cap. 18. *Tribulus terrestris, quem illi vulgo Atrivolo vocant, agris maximè est noxious, præsertim leguminibus.* Hoc autem loco reticere non possum; eos qui hunc scripturæ locum interpretantur de tribulis fucus, hallucinarii, dum tribulum existimant esse carduum. Nam tribulus universæ Galliæ ignotus est: fallitur Bellonius, Montpelieni in agro frequens, aliisque Gallo-Provinciæ locis) saltem terrestris: aquaticus autem is est, quem nos macles, aut châtagnes d'eau nuncupamus. Porro, quod Iunio Iulioque demum mense floreat, non impedit tribulum Theophrasti legitimum esse. Fortassis in Græcia maturius floret, semenque citius perficit. Sed nec Theophrastus præcocom vocat, quod maturè florem fructumque ostendat; sed quod respectu alterius serotini præcox sit, qui mense forte Octobri, aut Novembri maturum habet semen. Gravissimè errant, qui calcaruppan, vel carduum stellarum pro tribulo habent. Hujus caulis per terram non resideret, sed sursum attollitur; folia nec portulacam, nec cicer referunt. Viticulis etiam caret, nec aliter tribulus est, quod folia spi-

Medica folliculo spinoso ad instar tribuli: Trifolium cochleatum minus Dodonæi.



nis careant; Ad prioris tribuli classem viri maximi referunt trifoliū genus, quod arvense minus vulgo vocant. Miror, quod medicam, quam trifolium cochleatum alterum vocant, tribulum non dixerint, quod à Cretenibus tribulus vocetur. Bellonius lib. 1. Obsr. cap. 26. *Medica, quam atrivola vocant, sive atrivolo, eodem quo tribu-*

lum terrestrem nomine. Cauliculos habet tenues, rotundos, non erectos, sed per terram repentes; folia trifolio similia, sed minora, teneriora: portulacæ folia nonnihil referunt, attamen multo minora, & minus carnosas sunt. In summo pediculorum flores profert, ex flavo pallentes, parvos: sequuntur fructus, sive valvulae in spiras contortæ, cochlear modo, spinulis aliquot horridæ, ex oblongo rotunda; in quibus semina parva, candida, nonnihil recurva. In Hispaniae locis siccioribus, & in agris reperitur.

H. οὐρώνιος. [Scribe, οὐρώνιος per αὐτήν. Planta hæc & ὄνων & ὄνων dicitur. Dioscorides libr. 3. cap. 21. Αὐρώνιος οὐρώνιον διεργάτης: Scribe, 'Αὐρώνιος, οὐρώνιον καλοῦσθαι. Apud Dioscoridem & Theophrastum oxytonas legitur ὄνων & ὄνων; apud Galenum vero & Aeginatum, 'Αὐρώνιος & ὄνων, accentu in antepenultima. 'Αὐρώνιος vocatur, à non juvando, quod inutilis sit, aut, quod nullam utilitatem præbeat: aratro enim ipsique aratoribus inimica. Nam non tantum sub ramorum & radicum implexu aratra, invitatis bubulcis, in mediis agrorum sulcis remoratur; (unde & ipsi restæ bovis, remoræ aratri nomen impositū, quod arantes boves in opere sifat) sed etiam meisores, foenicas, ac aratores spinis suis acutis admodum lœdat; Vivax præterea nimis, fruges opprimit, suisque aculeis nocet. Οὐρώνιος nomen impositum ab utilitate quam adfert asinis, δέ τοι οὐρώνιον, καὶ ὄνης, quod ad eam asini prætriginoſi sese libenter fricent, & scalpant, ut nonnulli veteres tradunt. Ruellius. Complures quoque herbam sic vocari tradiderunt, quod in ea sese volutantes asini spinis ejus dorsum libenter affrictent & scabant. Phavorinus. Οὐρώνιος (scribe ὄνων) φέρετο οὖν, τὸ ὄφιλον, τὸ ὄφιον, ή τούς οὖν ὄφιλούς. ήτι οὐρώνιος φυτόν. Ononis dicitur ab οὐρώνιον, & οὐρώνιος, quod asinis opituletur. Apud Nicandrum in Theriaca, circa fiuem, mentio fit ὄνων.

Ἄλλοτε δὲ οὐρώνιος τε, καὶ η πολύγνωνος οὐρώνιος.

Doctissimus ad hunc versum interpres. Quum ononis neque apud Dioscoridem occurrat, neque Nicandri interpres, (Græcus) ejus mentionem faciat, interim accipiendum, quod Hesychius annotavit, onosin, esse leguminis speciem: οὐρώνιος οὐρώνιος tametsi Hesychius in penultima, scribat οὐρώνιος; Nicander οὐρώνιος. At cum Poëtas in syllabarum mensura semper oporteat esse oculatiores, ausin ferè dicere, Hesychium Nicandro orthographia debere assentiri. Quanquam facile accidere potuerit, ut librariorum incuria dictio ista per ò parvum ubique sit exarata. Sed hæc eruditioribus judicanda relingo. Ego ista malim sentire, quam dicere, Poëtam per ἀκμένη in ò mutasse. Consimilem ad modum cum τὴν οὐρώνιον πολύγνων dicat, penultima per ò ab angelo malui deducere, quem πολύγνων, quam à πολύνον quod genu dicunt Græci; quum non possit esse proprium herbae, que πολύγνων, vel, πολύγνων alias appelletur. Nam etiam si οὐρώνιος admittatur hoc loci, πολύχωρον pro πολύγνων legendo, prohibet tum necessaria & πολύγνων cum οὐρώνιος constructio: quandoquidem oporteat hic epitheton non proprium esse, nisi appellative accipiat, onosin geniculatam esse, & multa genera nodosive habere. Hactenus interpres. Ego, salvo meliori iudicio, οὐρώνιον plane rejicio, & onanino scribendū existimo, οὐρώνιον. Οὐρώνιος vel οὐρώνιος Botanicorum nemo mentionem fecit, nec quisquam adversus venenatos iectus aliqua facultate tradidit polle-re. Anonis vero nota planta, quæ radicem habet abster-gendi, & incidendi vi præditam. Hanc Plinius comitiali morbo laboranti dari ex oxymelite ad dimidiis decoctam jubet. Haud mirum, si eandem Nicander adversus venenatarum bestiarum mortis præscriperit. Librarium itaque incuria οὐρώνιος, pro οὐρώνιος, vel οὐρώνιος scriptum hodie reperitur. Theophrastus ononidis historiam ideamq; satis diligenter descripsit; sed mendo non caret codex. Επίπεδος οὐρώνιος, πηγαδές, ωρχητικός παρ' οὖτος η κανθάρον. οὔτε σεφάνου την οὔλιν εἶναι μαρφλού Διδασκαλού θεραπεύει: καρδιοσφιλούς οὐρώνιος η εἰδικότερος οὐρώνιος. Hæc consula & perturbata, nemo non videt. Corrigunt viri magni, οὐρώνιος εἶναι την οὔλιν μαρφλού Διδασκαλού θεραπεύει. Placet aliis, ωρχητικός παρ' οὖτος την κανθάρον Διδασκαλού θεραπεύει, οὔτε σεφάνου την οὔλιν εἶναι μαρφλού, καλοβοσφιλούς, &c. Id est, anno folio ruta simili, juxta totum caulem, alternato foliorum interceptu exortum, ut veluticonram ea figura repræsentet. Florem fert mutilum, non minutulum, ut vertunt. Plinius lib. 21. cap. 16. Spinosorum etiam aliud genus ononis. In ramis enim spinas habet, apposito folio ruta simili, toto caule foliatum, in modum corone. Sequitur à frugibus, aratro inimica, vivaque præcipue. Hæc postrema Plinius non videntur satis sana. Apposito, inquit, folio, &c. Antiquus codex; spinas habet opposito folio ruta simili. Theophrastus in interior folium dixit. An

ergo scribenduu, anno folio. Et certè sic videtur. Scriptus quis super annuo ex Theophrasto inveni, vel epetio, quod indoctus postea librarius, vel corrector potius, cum vitio deraſis latinis litteris in textum recepit. Ex annuo & epetio natum apporeio, & pro apporeio, quod nec Græcum, nec Latinum, scripserunt apposito. Sequitur à frugibus aratro inimicum. Et hic locus mutilatus: Antiquus codex habet; sequitur rarata, frugibus inimica. Scribe, vel, nascitur terra arata, frugibus inimica; vel, secatur aratro, frugibus inimica, vel, sequitur aratra, frugibus inimica. Theophrasti verba, ex quibus hæc Plinius habet, sic verte, Nascitur udo letoque solo, & præcipue in segetibus atque cultis. Quare agricolis inimica est; præterea vivax admodum est. Cum enim altam tellurem occupaverit, recta deorsum illico sese impellit, singulis annis ē lateribus surculos fundens, rursus sequente anno, in profundum agitur. Sequitur σεζιον η οὐρώνιος οὐρώνιος. Theodorus: effodienda tota extirpandaque penitus est. Scribe ergo, η οὐρώνιος η οὐρώνιος. Nonnulli anonin, sive ononin, echinopoda Athenæi esse afferunt, de qua agit lib. de deipnosophist. 3. Nullum addunt argumentum, quo suam stabiliant sententiam. Quare probari à nobis potest. De echinopode alibi agam. Malunt alii, ononin, & αἰγίποδης Theocriti, unam eandem esse plantam. Theocrytus eidyl. 8.

Αἰγίποδης, η πνύζα, η εὐάδης μελίτης.

Ad hunc versum Scholiaſtes, Εἰς οὐρώνιος φυτὸν, η οὐρώνιος βοτάνην, τὸ οὐρώνιον ξελατὸν οὔτε φανός. ήτι η γλαυκίζουσα, εἰς ἔλλην φλεγμανικοτε αχεδνή. Αἰγίπορος planta, aut herba genitus spinosum, folium lenticis instar latum, glauco est colore, & ad pituitos ulcera utile. Hec cum Theophrasto & Dioscoride conferenda. Ononin describit Dioscorides lib. 3. cap. 21. Αὐρώνιος οὐρώνιος (vulgo οὐρώνιος) καλοῦσθαι, κλάνεται οὐρώνιοις & μειζοῖς, διαμοιδεῖς, πολυζηταὶ, μαχαλαῖς ξελατε πολλὰς, καθάλια περιφρύνει, φυλλάρετα μικραῖς, λεπταῖς, οὔτε φυγεῖς (non habet Oribasius) αφεῖς τὴν πηρατον η λαβεῖς τὸν κυροφυνόταν, η οὐρώνιος πανδέη, η οὐρώνιος αφεῖς τοῦ άκανθοφυνόταν, η οὐρώνιος πανδέη. ξελατο οὐρώνιος η οὐρώνιος περιφρύνεις. σεραῖς, μίζαις οὐρώνιος. θερμαντικός (deest vox hæc in altero codice, addendum esse ex Galeno constat) λεπτοτυρκων. η οὐρώνιος πανδέης σὺν οὐρώνιον οὐρώνιον. η οὐρώνιος πανδέης σύνθετης. Anonis, quam aliqui ononida appellant, ramos habet dodrantales, ac etiamnum majores, fruticosos, frequentibus geniculis cinctos, multis alarum carnis præditos, itemque capitulis rotundis: foliolis vero pusillis, tenuibus ceu lenticulæ, ad rutæ aut pratenis loti folia accedentibus, subbifurcatis, odoratis, nec injucundū olentibus. Muria conditur ante quam spinas producat, estque cibis gravissima. Ramuli porro spinis acutioribus, ac spiculorum instar solidis, horrent. Radix vero candida est, qua ex calcificat & extenuat. Hujus cortex ex vino potius urinam ciet, & calculos comminuit: idem ulcerum crustas emarginat. Exscriptit hunc Dioscoridis locum Plinius libr. 27. cap. 4. Anonin, quidam ononida malunt vocare, ramosam, similem fanum Græco, nisi fruticosior, biformiorque esset, odore jucundo, post ver spinosa, estur etiam muria condita, recens vero marginum ulcera erodit. Dioscorides ononim ait habere ramos dodrantales, aut majores, frequentibus cinctos geniculis. Apud nos ut plurimum dodrante longiores; vidi cubitales, sed rarius. Frequentibus geniculis cinctos. Nicander igitur cum πολύγνων οὐρώνιος scribit, πολύγνων προ πολύγνων metri gratia dixit. Sed πολύγνων dixit, quod nodi, geniculaque in plantis soleant esse angulosa: vel πολύγνων, προ πολύγνων. Fæcundum, fæticum per ἀκμένη dixit; quod admodum vivax sit, nec facile pereat, & difficile extirpari possit, quodve multas novas proles producat: tum etiam, quod flores, seminaque plurima, ex quibus novæ plantæ, habeat. Sed alterum magis placet. Capitula, inquit, ferre rotunda. Intelligit folia, quæ caulem cingunt, capituli, coronæque instar. Capitulo enim, qualis stoechadi, thymo, similibusque caret. Theophrastus & Plinius folium rutæ comparant; Dioscorides foliola, inquit, habere lenticulæ, & ad rutæ latique pratenis folia accedere. Hæc examinanda. Lenticulæ, rutæque optimè comparari possunt; sed quæ similitudo foliorum latipratensis cum ononide? Magnitudine certè non possunt; quippè triplo majora loti folia. Figura ergo & positione lotum referunt. Utrigue enim terna simul ex uno pediculo dependent folia, ut in trifolio; eadem etiam de causa scœno-græco comparavit Plinius. Sed si φυλλάρετα fert anonis, ut aī Dioscorides, & recte, qui ergo Theocryti Scholiaſtes scribit, πολύγνων οὐρώνιος πολύγνων; φυλλάρετα lata non sunt, nec lentiſtis lenticulæque lata. Confundit φανγη & σφανγη, quod & Plinium fecisse, supra notayi

notavimus. Σφάγη, salvia, folia latiuscula, non lentis vel lenticulae. Eadem foliola subhirsuta ait Dioscorides. Non tantum folia, sed & caulinis hirsuti. Ipsam plantam idcirco Scholia festes γλαυκόν dixit; qualis revera ononis, si procul, præsertim sole splendente, conspiciatur: prope autem intuenti folia saturato colore virentia, sive ex virore nigricantia sunt, ramulique purpureo rubroque colore nitent. Glaucus color est, ut ait Plato, ἡ κύανος ἐλευχεῖ. Iunius Philargyrus; glaucus cæruleus color est, id est, subviridis, albo mixtus, & quasi clarus. Ideò Hesychius, γλωσσή, λαυκή, γλωσσή, λαυκή, φαίνει, φωδεῖ. Ita lege; vulgo male φασον. Glaucus ergo color idem qui λαυκός & cæruleus, multa luce perfusus. Sed cur ononis maximè γλωσσή sole splendente? Hoc sit, quod à lumine & radiis solaribus, quod in ononi hirsutum est elevetur, ac perspicuum reddatur, ita ut viridis ex nigro color, qui in foliis est, ac subiacet hirsutie, conspiciatur; ex quibus duobus color glaucus conficitur. Glaucus enim, ut recte Plato, ex albo & cyaneo. Albedo ab hirsutie, cyaneus color ex lucido, & leviter nigro. Ex splendore itaque solis, nigredine, & hirsutie glaucus appetet ononis. Sequitur, διαδικον αὐτὸς ὁ οὐρανός. Odorato non injucundè olentia folia inquit esse Dioscorides; ego nec διαδικον nec γενεθλία in foliis ononis hactenus observare potui. Vulgata tamen lectio Plinii, Orobasiisque auctoritate manitur. Notat Mathiolus in Catacurenii codice γλωσσή subolenia, legi. Quoad experientiam, lectio illa tolerabilior, sed quod sic scripsit Dioscorides, non ausim asserere; quod lectio ista nullum habeat sensum. Alii αὐτὸν legunt, & vertunt colore cinereo. Hæc lectio minimè displacebit. Cinereus huic color ab hirsutie; sed aliter Plinius & Oribasius. Sed pluris apud me autopfia, ipsumque experimentum, quam decem codices. Fortassis in Græcia folia odorata. Pro soli quippe & cœli varietate, plantæ odore mirum in modum differunt. Muria, inquit Dioscorides, conditum antequam spinas producat, est que cibis gratissima. Batavi non conidunt. Apud Cretenses hodie condiri, auctor est Bellonius libr. Observ. I. c. 18. Anonidis cymas conidiendi consuetudo apud Cretenses nondum abolita est, neq; etiam eryngii tenella germina edendi. Ex citatis Dioscoridis verbis facile colligitur, non semper spinosam ononim. Idem scribit Plinius libr. 17. cap. 4. ubi ait; *Odore jucundo; post ver spinosa.* Estur etiam muria condita. Pessimè audit Plinius, quod post ver spinosam dixerit. Hac in re, inquit, errasse deprehenditur Plinius; siquidem non post ver spinosa redditur anonis, sed (ut Theophrastus auctor est) in autumno; id quod etiam experimento comprobatur. Theophrastus germinare æstate tradit, perfici autumno scribit; sed spinosam fieri autumno, nusquam tradit. aliud quippe perfici, aliud spinosam reddi. Vult Theophrastus æstate germinare, florere, autumno semen perficere, ac tum folia ramosque interire. Ononis ad veris finem apud nos germina emitit, æstate floret, autumno perficitur, & tum spinosissimam fatemur: sed æstate, quando floret, non spinosam esse, hoc negamus: qui velit experimentum sumat. Iulio, Augustoque mensibus spinis munitam acutissimis non raro vidimus, immo hisce mensibus sine spinis observare non licuit. Itaque non peccavit Plinius, cum dixit, post ver spinosam; quod ve- lint, nolint, fateri debent, qui Plinium arguunt; cum scribunt, messeibus ac fœniseis spinis suis acutis admodum infestam esse. Quando gramen, vel, ut vulgo loquuntur, fœnum secatur? quando messis tempus? Apud Batavos fœniseicum incidit in Iunium, Iuliumque mensim; mes- sis Augusto perficitur. Sed animadvertisendum præterea erat, an non corruptus Plinii sit codex. Doctissimi viri corrigunt; *odore jucundo, post ver spinosa,* id est, postea fit spinosissima. Malunt alii; *odore jucundo, spinosa,* estur etiam post ver muria condita. Aliis placet sic distinguere; hirsutiorque esset ac spinosa, *odore jucundo,* estur post ver

Ononis Spinosæ.



muria condita. Spinas Dioscorides σπελόπετελές dixit, quod pali, spiculique instar solidi sint. Cauliculis ononis dorantalibus, aut altioribus, non raro cubitalibus exit, geniculis aliquot proximè & subter folia articulatis, ramosis, obsequiosis, duris, acutissimisque spinis horrentibus; juxta quas, folia tenuia, parva, hypericoidis rutæ magnitudine & forma similia, particularibus lentis foliolis majora, colore saturato virentia. Flosculi secundum caulinos quoque enascuntur, forma veluti ochri, sed colore ut plurimum purpurei, raro albidi, rarissimè lutei. Subsequuntur valvae exiguae, in quibus semina plana. Radix longè, latè, per summam terræ progreditur, lenta admodum & frangi contumax. In agris ac juxta limites, sive margines lato, pingui, ac restibili solo gignitur. Reperitur in Germania, & Belgio ac Italia, tum & alibi. Stirps autem admodum vivax est, quæ nec facilè perit: sed nec exstirpari, nisi diffcillimè, potest. Agricolis saepe molesta est, quando duræ ac lenta radices aratrum remorantur, & boves fistunt. Nova sub finem veris germina emitit, aurum perficitur, & tunc quidem, ut dixi, spinosissima. Iulio & Augusto cum flore videtur. Cæterum ononis alia spinis prædicta, alia spinis caret. De ononi sine spinis alibi, si detur occasio, agemus. Reperitur spinis carens flore purpureo, luteo, luteo variegato, etiam flore majore & minore. Sed de hac alibi. Cæterū, ut hoc obiter addam, eleganter Theophrastus οὐρανῆς dixit ononis. Semper enim mutilus, ac de- truncatus observatur.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VI.

De suffruticibus urbanis & coronariis. De viola nigra, & rosis, & earum differentiis. Deque lilio, narcisco, croco.

Vrbana vero angustam quandam observationem obtinuere, siquidem numero tantum consummentur coronariorum. Quamobrem in universum de coronis agere tentandum est, ut genus amplecti totum possimus. Enimvero ratio coronariae naturae ordinem quendam sortitur proprium, sed ita ut partim suffruticibus sit, partim herbaceis permista. Quapropter comprehendere illa quoque debemus; mentionem utique faciendo, quoad opportunè fieri possit, sumpto à suffruticibus initio. Dividi autem hæc bifariam exigunt, ratione scilicet usus. Aliorum enim flores tantum usui sunt, & eorum alijs odoratus, ut viola: alijs sine odore, ut Iovis flos, "flamma. Aliorum etiam rami, folia, & in totum universa natura odorata sentitur; ut serpilli, helenii, sisymbrii, & aliorum quorundam. Sed utrumque genus annumerandum suffruticibus constat. † Necnon & illorum florigenorum natura magna ex parte suffruticea est. Alia annua tantum, alia diurnior, viola nigra excepta. Hæc enim ramulis caret, sed ab radice foliata constat, & perpetuo vivit. Utique aliqui ferunt. Etiam florem semper proxime potest, si modo quodam colatur. Id igitur proprium ista habent. Reliquorum autem, vel potius omnium totæ quidem formæ ferè omnes perspicuae sunt. Quamobrem, si quas alias habeant proprietates, hasce exponamus oportet. Quippe alia simplici specie constare, alia differentiis variati videmus. Simplicia quæ lignosa; ut serpyllum, sisymbrium, helenium. Præterquam si alia sylvestria, alia urbana, & alia odorata, alia minus odorata sint. Quorum quidem & cultura, & terra diversa est, atque etiam cœlum diversum. Quidam vero ex floribus nulla parte discerni possunt, ceu violæ nigrae. Hæ namque differentiam nullam habere videntur, quanquam albæ nimirum habeant. Colorem enim earum variari liquido patet, atque etiam magis liliorum. Si quidem (ut ajunt) ne purpurea quidem lilia desint. Rosarum autem differentiae permulta: foliorum multitudine, paucitate, asperitate, levitate, colore, † odore. Quippe cum plurimis quina folia sunt, quibusdam duodena, vicenque, aliis longe plura. Sunt enim quas centifolias vocant, quæ circa Philippos plurimæ nascuntur, easque incolæ ex Pangæo transferentes serunt. Ilic enim multæ ejusmodi nascuntur. Sed folia interna parva admodum sunt. Ita etenim oriuntur, ut alia intus, alia extra emicent. Non tamen jucundi odoris, nec amplæ magnitudinis sunt. Odoratiores sunt inter amplas, quibus pars ima scabra. Ad summam (ut dictum est) & odoris, & coloris præstantia locorum ratione contingit. Nam & que in eadem tellure proveniunt, diversitatem bonæ exilisve olentiaæ nullam ostendunt. Odoratissimæ, quæ apud Cyrenam gigantuntur, & proinde unguentum jucundissimum illic faciunt. † In plenum vero, & violarum, & reliquorum florum odores ibidem sinceri præcipue sentiuntur. Nascitur rosa etiam ex semine, quod flori subditum suo in malo contentum, cneceum vel acantheum, lanagine quadam obductum gerit, ut primis seminibus proximum sit. Cæterum quoniam, tardè perficitur semine, sata caule conciso (ut dictum est) ferunt. Vista recisave florem melius profert. Relicta namque excrescit sylvestrisque. Sæpius transferre eam fatius est: sic enim pulchriorem effundi rosam ambientem.

δὲ καταφυτεύειν πολλάκις. καὶ μᾶραν τῶν Φαισὶ καλλι-
λιον γίνεται τὸ ρόδον. αἱ δὲ ἄγραι τρεχούσαι, καὶ ταῖς
ῥάβδοις, καὶ τοῖς Φύλλοις. ἐπι δὲ τὸ ἀνθός αἰχμέστερον,
καὶ αἴσιμο περον ἔχονται, καὶ ἐλαττον. τὸ δὲ ἕον το μέλαν τοῦ
λαυκοῦ Διαφέρει, κατόπιν τοῦ ἀλατοῦ καὶ κατὸν τοῦ
Ιωνίαν. ὅπις πλατύ Φύλλον, καὶ εὐγενείο Φύλλον, καὶ
σαρκό Φύλλος ἐστι, πολλῶν ἔχουσαν ρίζαν. τὰ δὲ κεκρίνα-
τη μὴ χροιαῖ τὸν εἰσηγήσθεντον ἔχει Διαφοραν. μονόκα-
λα δὲ ἐστιν ὡς Πτήτιν. Μικναλα δὲ σπανίως. τέχα δὲ
τοῦ τοῦ χώρας καὶ αὔρατοῦ Διαφοραν. καὶ ἔκαστον δὲ καν-
λὸν, ὃ τὸ μὴ ἐν κείνον, ὃ τὲ δὲ πλείω γίνεται. Βλα-
στάνει γαρ τὸ ἄκρον. σπανιώτερα δὲ ταῦτα. ρίζαν δὲ
καὶ πολλῶν, σαρκώδη, καὶ σρογγύλων. οἱ δὲ καρποὶ α-
Φαιρεύμενοι σκιβλαστανει καὶ διποδίδωσι τὸ κείνον,
πλινθὸν. ποιεῖ δὲ πίνα καὶ δακρυώδη συρρόειν. λιό-
ντὸν φυτεύσαν, ὥσπερ εἰπωμόν. οἱ δὲ νάρκιοι θάνατον δὲ
είναι. οἱ μὲν γαρ τέττα, οἱ δὲ σκένειον καλοῦσι. τὸ μὴ ἐ-
πι τῆς γῆς Φύλλον τὸ ασφαλάδες ἔχει, πλατύτερον δὲ
πολὺ, καθάπερ ἡ κερανίνα. τὸν δὲ καυλὸν ἀΦυλλον
μὲν, πωδὸν δὲ, καὶ ἐξ ἄκρων τὸ αὔρατον. καὶ ἐν ὑμένι τῷ
καθάπερ ἐν αὐγεστοῖς καρπὸν μέταν εὑρίσκει μάλα καὶ μέλαγα-
τὴ χροιαῖ, χήματα δὲ περιμήκη. ἔτερον δὲ σκητήπιαν
ποιεῖ βλαστησιν ἀντέματαν. ἐπι μὲν ἀλλὰ καὶ συλλέγου-
ται πυρηνάσι καὶ τοῦ ρίζαν Φυτεύσαν. ἔχει ρίζαν σαρ-
κώδη, σρογγύλων, μεράλων. ὄψιον δὲ σφόδρα. μὲν
γαρ δέηται τὸν ἡ ἄθιστον, οὐτειοπηρέα. οἱ δὲ τοῦ καρ-
ποῦ, πωδὸς μὴ τῇ Φύσει καθάπερ καὶ ταῦτα, παλιν
Φύλλων στεψι. χρεὸν γαρ ὥσπερ τελχοφυλλόν είναι.
οὐφιανθές δὲ σφόδρα καὶ οὐφιβλαστές. η πεωιανθές, οὐ-
πέρως τις λαμβάνει τὸν ὥραν. Πλειάδι γαρ αἰτεῖ οὐ-
δίλιαστος ημέρασις. εὐθὺς δὲ ἀμα τῷ Φύλλῳ καὶ ἀνθό-
ωγει δοκεῖ δε οὐ περιπορον. ρίζα δὲ πολλῇ, οὐ σαρκώδης,
οὐ τὸ ὄλον εὑρίσκεται. φιλεῖ δὲ οὐ πατεῖδαν. οὐ γίνεται
καλλίω καταγελούμενης "κατά τῆς ρίζης. διὸ οὐ περι-
πάτες οὐδέτες, οὐ τοῖς κροτοτοῖς, καλλιτοῖς. η δὲ φυτεία
δοτον ρίζης. πεύτα μὴ γνωνάται. τὰ δὲ ἄλλα
τὰ γνωνάται. αὔρατον, οὐφυτον, φλόξ, ημεροκαλές. τὰ δὲ αὐταὶ καὶ

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

TA' dicitur. Hæc est pars secunda libri hujus. Et Theophrastus minus satisfacit. Primum cum agrestia submovet à coronamentis. Deinde, aut male coartavit ad φυγαντας; aut male recensuit jam ederam inter arbores, aut male repetivit inter φυγαντας;. Ad hæc illud animadvertisendum: cum sub accidenti tanquam sub genere communi cogit genera diversa. Coronari, accidens est: idque arbitriarium. Genera diversa, ποιησις, φύσις, τέλος, δίδεσις. Quasi si dividatur nigrum, in corvum, & Aethiopem.

*Etsa dicitur ad hanc etiam oior. Sic lege. Theophrastus omisit
albas in genere hoc. Et, luteas in eodem: ignoravit enim.
Neque verum est quod ait, pluribus variari coloribus lilia,
quam violam matronalem. Lilia alba, purpurea, punicea.
Violæ præter eos colores, excipio purpureum, etiam luteæ;
etiam variae ex puniceo & candido.*

*"Ἐπειτα γὰρ τὸ τοῦ τικῶν παρόδημα ποιεῖ πάντα τὸ θεραπευτικὸν σ-
στομίας, ή αστομίας. Theodorus aliter legit. Nam quia in ea-
dem tellure proveniunt, diversitatem bonae exilisve o-
lentiae nullam ostendunt. Legerem secundum ea, quae in
Græco posita codice sunt, ad hunc modum. ἵπποι γάρ τοι
τὸ αὐτὸν παρόδημα. Αστομία, malè interpretatus est: exilis o-
lentiae. Efficacius est, τοῦτο tollit enim. Neque, bonam o-
lentiam, tam aptè dicas, quemadmodum bene olere.*

*Ἀπλοῦς ἡ ταῦται, οὐ πονῶντα, φυσικῶντα δεῖτε.
Ἄπλοντος ἐστιν αὐτῷ τὸν ἀπλόνα ἀκριβῶς μελίσσει τὸν εἰδη-
ντα τὸν αὐτοῦ θεοῦ θεόντων τούτους τοὺς οὐτοὺς δοκεῖ τὸν αὐτόν
λαζήσειν. Hoc totum paucissimis Theodorus. In plenum ve-
rō violarum, & reliquorum florum ibidem sinceri sen-
tiuntur.

Kυκλῶδες, ἢ ἀρχῶδες; Theodorus legit, ἀρχῶδες. Ιccirco le-
genus, κυριῶ. &c., τὸν ἀρχόντα αἰγαλεῖται. Non est ordinis si-
gnificatio, sed loci. Ut non sint prima semina, quæ primum
prodierunt, sed quæ immo loco existant.

affirmant. Sylvestres, asperiores tum virgis, tum
foliis constant. Et florem † minus odoratum, mi-
nusque coloratum, nec tantundem magnitudine fe-
runt. " Viola nigra distat ab alba, tum aliorum quo-
rundam, tum plantæ ratione ipsius, quod latifolia,
humilifolia, carnifolia extet, & radice multa cohæ-
reat. Lilia coloris ea quam supra diximus differen-
tia inter se distant. Vnicaulia in universum ferè af-
furgunt, bicaulia raro. Quod cœli, terræque ra-
tioni fortassis attribuendum est. Singulis caulinibus
alias unum liliū, alias plura exeunt. Pars enim † po-
strema effundit. Sed hæc rariora. Radice copiosa,
carnosa, orbiculataque adhæret. Fructus detractus
germinat, & liliū reddit, verum minus. † Facit
& lachrima cæcum quoddam confluvium, quod e-
tiam ferunt, ut dictum est. Narcissus, vel lirium
(alii enim hoc, alii illo nomine vocant) folium al-
buci terræ proximum gerit, sed longè latius, modo
lilii. Habet caulem sine folio herbaceum florem,
suo ferentem cacumine, in membrana veluti vascu-
lo inclusum " largè amplum, coloreque nigrum,
figura oblongum. Hic decidens sponte germinat.
Cæterum & qui legunt defigere eum solent. Quin
& radicem ferunt, quæ carnosa, rotunda, † am-
plaque est. Serotinus admodum, post arcturum e-
nim & circa æquinoctium floret. † Crocum natura
herbaceum modo prædictorum erumpit. Sed folio
angusto ferè. Namque in capillamenti modum fo-
liatur. Serò floret, feróque germinat: aut præma-
turè. Vtro scilicet modo tempus acceperis. Floret
quippe Vergiliarum occasu, paucisque diebus. Con-
festim vero cum folio florem quoque expellit; quin
immo prius. Radix multa, carnosa, in totumque
vivax. " Gaudet calcari, & melius ita evadit, radice
attrita pede inferius. Ideò juxta semitas fontesque
pulcherium exit. Satus radice fieri affolet. Hæc
in hunc modum proveniunt. Reliqui autem omnes
prædicti flores femine exeunt; ut viola, Iovis flos,
iphym, † flammula, elium. Nam & ipsa, & eorum
radices, ligno nimirum constant.

Σεξηφύλλον. *Violæ nigræ folia carnosæ dicit, eoque dif-
ferre à viola alba. At albæ folia multæ carnosiora. Ut hæc
emollias, sic excuses. attribuas utriusque densitatem; majo-
rem albæ, sed lignosiorem: minorem nigræ, sed carni pro-
piorem.*

Bλαστένις ψδ φ ἄκρη. Theodorus, Pars enim postrema effundit. De re jacente, postremam dicas partem, quæ longissimè abs te aberit. Dere erecta, non postremam, sed supremam. Animadvertes minus diligentem orationem. Quippe duas cum statuat partes, ὅτε μὴ δι. ὅτε δὲ τὰς εἰς. Quod subdit statim, Βλαστένις ψδ φ ἄκρη, non refertur ad propinquiorēm, sed ad illud. ὅτε μὲν. Cum unum tantum gerit florem, is in summa sedet. Commodior fuisse sic. ὅτε μὲν τὰς εἰς. ὅτε δὲ δύο.

Ποιεῖ δὲ πίνα καὶ δακρυστὴν συφόρολό. Theodorus, facit & lacryma cæcum quoddam confluviū. Minus apta lectio: nostra simplicior. Mirum de hac lachryma nibil à Plinio. Alba lilia iisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa: & hoc amplius lachryma sua, ut Hippocelinum. Plinius. Quia tamen Hippocelini lachrymam ab hoc eodem auctore observavit. Ejus naturam, cum sit ignota nobis, non potuimus jucicare, an vox illa, Cæcum, rectè interponatur.

Ασφαλῶδες. lege, Ασφασθλῶδες.

·Ο σῆς καρπὸς. *lege*, κρέκ.

Kaj ĉe tuis *legem*. Theodorus, juxta fontes. Plinium, non Theophrastum sequutus. *Legem*, sunt loca pedum stipata plausi. Sic igitur dicam, juxta semitas, aliaque loca pedibus trita commeantium. Sic etiam Lucretius. Pteridum loca trita.

Ἴφισσος, ubique alibi, ἵψυς, Lege αὐταῖς: non αἴσῃ.

IOANNIS

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

TA' δὲ οὐ μόνος, &c.] Hoc & sequenti capite agit Theophrastus de plantis urbanis, seu domesticis, quæ usum habent in coronis, & hac quidem libri hujus sexti pars altera. Magno Scaligero minus satisfacit Theophrastus. Ita enim ille; Primum cum agrestia submoveat à coronamentis. Deinde aut male coartavit ad φυτανά: aut male recensuit jam ederam inter arbores, aut male repetivit inter φυτανά. Ad hæc illud animadvertisendum: cum sub accidenti tanquam sub genere communi cogit genera diversa. Coronari accidentis est: idque arbitrarium. Genera diversa, πώλη, φρύγανα, θειανά, διδεγρ. quasi dividit nigrum in cornum & Ἀθηναῖον. Ad primum respondeo; non omnino Philosophum nostrum sylvestria submoveat à coronamentis. Capite quippe sequenti inter coronarias numerat eliochryson, terpyllum lylvestre, anemonem, aliqua. Alterum etiam argumentum facile solvitur. Nusquam enim Theophrastus inter suffrutices hederam recensuit. Codex corruptus errandi occasionē præbuit: Libro tertio cap. ult. hederam descripsit, ejusque historiam tradidit, & κίστην, vel κίστην vocavit; hoc vero libro de cisto κίστη agit, flore roseo planta, ab hedera diversissima. Vocabum harum vicinitate deceptus Plinius, magnusque Gaza; eadem omnis erroris causa. Non ignoravit Theophrastus, cistum suffruticem, vel fruticem, hederam vero arboream plantam esse. Insanientis est, inter suffrutices & plantas humiles arbores recensere. Reliqua lectoris judicio committo.

Δικῆς δὲ η τοτανά, &c.] Coronarias ait plantas bifariam dividit, ratione usus. Aliarum enim flores tantum; aliarum verò etiam partes omnes, folia, flores, rami odorata sunt, universaque natura odorata sentitur. Harum ergo partes omnes, illarum vero flores tantum usum habent. Hinc quæstio nascitur, an coronaria tantum planta dicenda quæ odore placet? Contrarium docet Pollux. lib. 6. c. 8. Τὰ δέ οὐσια φάντας αὐλητὴς κόδων, καρύα, σπουδέα, αὐλητανα, ἐρυπλατά, καρφός, νάρκινος, ἐπειζευστας ιανεργατες, εἰλινος θρυαλλη, αἰσθέας (puto αἰνορήνος Icriptum fuisse) νάρκινος, μελιλατην, αἴθηνος, παρθενης, τοῦ ἀλλού οὐτος φρύγαλλης πέρφυτης ή εὐστονήδης οὐφρυνης ίχει. Coronarios ait flores, qui vel oculos delectant, vel jucundum spirant odorem. Ovidius etiam inter coronarias plantas quasdam recenset odoratas, quasdam male olerentes, nonnullas omni odore carentes. libr. 4. Fastorum.

Comites accedite dixit.

Et mecum plenos ore referte sinus.
Præda puellares animos delecat inanis,
Et non sentitur sedulitate labor.
Hec implet calathos lento de vimine nexos,
Hec gremium, laxos degravat illa sinus
Illa legit calathas, huic sunt violaria curæ,
Illa papaverae subsecat ungue comas.
Has hyacinthe tenes; illas amarante moraris,
Pars thyma, pars rorera, pars meliloton amas.
Plurima lecta rosa est. sunt & sine nomine flores,
Ipse crocos tenues, liliaque alba legit.

Amaranthus omni odore caret; caltha, ut Plinius 21. libr. cap. 6. ait, graveolens, papaver nescio quid infusive spirat, & melilotos viridis inodora. Dicendum odoris tantum Theophrastum meminisse, quod ob odoris præstantiam præcipue in coronis locum habeant, secundarioque ob pulchritudinem iisdem addantur.

Αὐτὸς δὲ τὰ φυτανά, &c.] Verba hæc non sunt præter omnem controversiam. Utrumque, inquit, genus suffruticibus annumerandum. Si intelligat plantas quæ florē tantum, & quæ præter florē ramos & folia odorata habent, haud verum est quod scribit. Viola enim, quam ἀναμνηστο, hoc eodem capite ait, suffrutex dici potest; quippe cauliculis lignosis vidua est. Suffruticem enim ferre lignosos caules, foliisque minutis constare, hoc eodem dicit libro. Sed ipse violam excipit, cum ait, καρπίνων την ἀναπάνη πολλαὶ ή φύσις φευγανώδης. Si plurimæ plantæ coronarie suffrutices, ergo non omnes. Sensus ergo hujus loci hic est; utrumque genus annumerandum suffruticibus, & quorum flos tantum, & quorum etiam reliquæ partes rami foliaque odorata, exceptis nonnullis, quæ flore exhilarant. Horum alia inquit annua, diurniora alia. Annua vocat, non quæ in totum intereunt, sed quorum folia ramique quotannis cadunt, radice superflite, quæ vere nova germina mittit. Diurniora, quæ nec folia nec ramos amittunt. Annua planta lilyum, hyacinthus, narcissus; diurnior rosmarinus, lavendula, cistus. Vio-

lam nigram ex harum classe eximit, quod folia tantum cum pediculo servat, caule hieme careat. Reliquæ enim perpetuo folio plantæ caules per hyemem retinent.

Διόλον φίτει, την ἀναπάνη, &c.] Violam ait, si studiosè alatur, semper promere florē. Apud Batavos nulla adhibita cura quandoque bis floret, vere & autumno, rarius ter. Sed verni odoratissimi, autumnales sepius odore destitutæ. Viola quam ex Indiis accepimus, ter ut plurimum floret; Sed hyeme foliis spoliatur, quæ primo vere cum flore recipit. Cæterum in colendis violis nostrates diligentes minimè sunt. Vulgaris nimis planta; tulipas aliaque inodoras, sed caras & pretiosas tantum curant plantas.

Οὐ γάρ ιχει δοκεῖ ποτε, &c.] Negat in violis ullam observari differentiam, cum tamen flores colore varient. alibi enim & purpurei dantur. Indica non tantum flore variat, sed & folio, ut supra dixi. Sed de Græcis suoque ævo cognitis agit Philosophus, non exoticis plantis. Virginia enim ipsi incognita.

Καρψίπρ φασιν ίχει. Nota vocem φασι. Ergo vulgare lilyum purpureum non fuit, nec hyacinthus Poëtarum: vulgaris hic & nemini incognitus.

Ταῦ δὲ ρόδων, &c.] De rosa liceat Lector, nobis paulo fasius agere. Notissima quidem, sed nobilissima planta, propter summum quam habet majestatem dignitatemque κατ' ιχειλα την ἀναπάνη, flos dicta. Quod ad hunc Aristophanis locum confirmat Scholia;tes; οὐτερη μερηματικην ιχει στέφανον αἰθέλων. Quemadmodum pectus habens coronam florum: την αἰθέλων, αὖτας τὸν ρόδων scribi afferit. Dracontius omnes flores vocat roseos in his versibus.

Qui roseis stellare nemus, vel floribus agros
Imperat, autumni qui dulcia poma saporat.

Hinc rosa dicta est regina florum, ut in hoc ejus per eleganti encomio, quod fuit tantæ celebritatis, ut vulgo caneretur, hæc quidem verba Leucippe, lepidissima virginis, canat apud Achilleum Tatiū. Εἰ της ἀναπάνης ηγέτευ ο Ζεὺς επιτήνεις βασιλεύ, τοῦ ρόδων ἡ πολιούχος ιανοτίλιστος. γῆς ἐπι κήρυξ φυτῶν, αὐλαίσιον, ὀφθαλμός αὐλαίσιον λεμνῶν ιριθίης, καὶ τοῦ ἄσηπτον. ἥρως την αἴθηνα, Αφροδίτην τὸ πεπάλαιον την φύσιν τὸ ζεφύρον γελᾷ. Si regem Iupiter floribus constitueret voluisse, non aliud certe quam roseam tali dignatus esset honore. hæc est terra ornamentum, plantarum splendor, oculus florum, prati purpura, pulchritudo coruscans. Hæc amorem spirat, Venerem conciliat, speciosis foliis luxuriat, tremulisque delectat; ejus frondes Zephyri afflatu rident. Elegantissimi versificuli, quos de rosea majestate, & honore canit Anacreon.

Ρόδων αὐθέριστον αἴθος,
Ρόδων εὔαρτος μέληρα,
Ρόδα έ γεοῖστος τερπνά.
Ρόδα πάτης ο της κυθήρης
Σπέφεται καλοῖς έουλοις,
Χαείτεται συγχορεύων.

Rosa, honor, decusque florum,
Rosa, cura, amoreque veris,
Rosa, cælitum voluptas.
Roseis puer Cithares
Caput implicat corollis,
Charitum choros frequentans.

Tanto quondam in honore fuit rosa, ut corona è roses præter cætera designarit potentiam, regnum, imperium. Cleon ille humili adorator populi Atheniensis apud Aristophanem dicit illi in os.

Αλλ' οὐ γέ εμοὶ λέγουσιν [χρηστοὶ] οὐς ἀρχαίστε δέει,
Χώρας απάντης εστεφανομένον ρόδοις.

Id est: At oracula mihi dicunt, fore ut imperes universæ regioni, coronatus roses.

Rosa sparsa publicæ lætitiae fuit index. Lucret. libr. 21.

Ergo cum primū magnas invecta per urbes
Munificat tacita mortales muta salute,
Ære atque argento obsternunt iter; junguntq; roscarum
Floribus, umbrantes matrem, comitumque catervas.

Privata

Privatae etiam laetitiae testis rosa. Ideo Anacreon etiam redimiri vult rosa.

'Ρόδοις δὲ κρῆτε
Πύκασσον καλεῖ δέ έταιπλε.
Rosis verò caput corona,
Voca autem amicam.

Roseam coronam veteres in conviviis dabant, quā significabant hilaritatem. Propertius,

Me juvat & multo mentem vincere Lyeo,
Et caput in vernâ semper habere rosâ.

Martialis.

Hec hora est tua, dum furit Lyeus,
Cum regnat rosa, cum madent capilli,
Tunc me vel rigidi legant Catones.

Mensae etiam inspargebantur. Ovid. libr. 5. Fast.

Tempora subtilius pinguntur tecta coronis,
Et latet in electâ splendida mensa rosâ.

Paulo post;

Annuit & motis flores cedidere capillis,
Decidere in mensas, ut rosa missa solet.

Horatius libr. 8. Carm. Oda 3.

Perfidos odi, puer, apparatus,
Displacent nexe Philyra corone,
Mitte sectari rosa quo locorum
Sera moretur.

Id est, ubi protrahatur convivium. In ipso Deorum solenni cultu, & in apparatu sacrificali non minimus rosa fuit locus. Columella in Hortulo,

Oscitat & leo: ingenuo confusa rubore
Virgineas adoperta genas, rosa præbet honores
Cælitibus, templisque Sabæum miscet honorem.

Ex his nihil clarissimum, quam Plinii codicem depravatum libr. 21. cap. 4. Vfus ejus in coronis prope minimus est; oleo maceratur, idque jam à Troianis temporibus, Homero teste. Præterea in unguenta transit, ut diximus; mensarum etiam delicia in ungendis minime noxia. Nonnulli hunc Plinii locum mirantur, ac rejiciunt, ut falsum. Alii de coronis ipsum tantum agere scribunt, quæ capiti medentur, quod præstat rosa; præsertim si à calida causa morbus. Ego, salvo meliore judicio, lego pro minimis, nimis. Vult Plinius tantum usum honoremque rosam habuisse, ut modum superaret. Veteres Cupidini dicarunt. Martianus Capella Veneri plebit coronam è rosis. Hinc, inquit, rosa decussatim vinculatis sertata contextio. Et ne quis ipsum de Venere loqui dubiteret, addit; Quam & conspicere nintentem, & fantem audire dulces illecebras, & attrahere fragrantissimi spiritus halitibus redolentem, & osculis lambere, & contingere corpore, ejusque velles cupidine, suspirare, quæ quidem licet amorum, voluptatumque omnium mater crederetur, tamen eidem deservebant pudicitie principatum. Non ineptè antiquitas Cupidini rosam dicavit ac comparavit: eum enim tota facie æmulari videtur. Semper rosa recens juvenisque, nec non mollis, ut Cupido. Philostratus in Imaginibus, ιπανήν τὸ χωνὸν Φειφάρον ῥόδην νῦ απαλόν. Laudare oportet rosa coronæ laxitatem & mollitatem. Aureis rosa & Cupido comitantur crinibus, spinas rosa pro jaculis gestat; pro facibus fulvos apices, fulgoremque; folia pro aliis rosa data; neque Cupido, neque rosa tempus norunt. Eleganter Fulgentius libr. 2. Mythologiae in Venerem. Rosa & rubent & pungunt, ut etiam libido. Rubet verecundie opprobrio, pungit etiam peccati auleo, & sicut rosa delectat quidem, sed celeri motu temporis tollitur; ita & libido, libet momentaliter & fugit perenniter. Scribit Philostratus, eos qui Romæ flores, id est, rosas circumferebant, in cursum confitos comparasse. Hoc celeritatis testimonio indicabant, formæ, vigorique non esse credendum, quod confessim irreocabiles fugiant. Cursus quoque nobis documentum est, pulchritudinem facilimè evanescere, magna hominum admonitione; quæ spectatissimè florent celerrimè marcescere. Uti rubor roseus reliquorum florum colorem superat: ita Venus pulchritudine omnes Deas antecellit, nec in foemina probatur candor, non aliquo rubore suffusus. Cornel. Gallus libr. 1.

Candida contempsi, nisi quæ suffusa rubore
Vernarent propriis ora serena rosa.

Hanc Venus ante alios sibi vindicat ipsa colorem,
Diligit & florem Cypris ubique suum.

Tatius de vultu Leucippes. Τὸ σίμα πόδων ἀνθρώπου λόγον ἔχει τὸ πόδες ἀνθεῖσαν τὸ φύλακα τὸ κείλη. Os, seu vultus rogarum flos erat, cum incipit rosa aperire labra foliorū. Theocritus Helenam propter pulchritudinem, roseam seu rosei coloris describit. Eridas. 4. Virgilii 12. Æneid. virginis Laviniae talem tribuit colorem. Nec tantum ob pulchritudinem color hic antistat, sed potissimum quod argumentum est pudoris ejus, qui virgines, mulieres, adolescentesque decet. Terentius in Andria. Erubuit, salvares est. Inter portenta deliciarum fuit, Veneri operam dare in rosa. Certe Horatius (lib. 1. Car. Od. 5. ubi miseros esse inquit qui Pyrrhæ amore teneantur) querit è puer, quis ipsa fruatur in rosa.

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusis liquidis urget odoribus,
Grato Pyrrhas sub antro.

Dormire in rosa dicebantur delicatuli, qui summa vivabant in voluptate venerea. Epigr. in Obit. Mæcen.

Sic est, viator amet, viator potiatur in umbra;
Viator odorata dormiat inque rosa.

Ex his optimo jure veteres rosa cupidinem Veneremque comparasse probatur. Theocritus per rosam humanae vitae fragilitatem ostendit.

Καὶ τὸ πόδον καλόν εἰσι, Κούρος αὐτὸ μαργάνει.

In hanc sententiam extat carmen Ioannis Majoris perquam elegans.

Vt manè rosa viget, tamen & mox vespere languet;
Sic modo qui fuimus cras levis umbra sumus.

Sanctus Ambrosius rosam humanæ vitae comparat. Nam licet in rosa summa sit suavitatis: habet tamen suam amaritudinem. Facile enim spina lædit; ita quoque vita humana summa est dulcedo multis solicitudinibus obsita, ita ut tristitia sit juncta hilaritati. Catullus Venerem, quæ gaudii hilaritatisque auxtrix præcipua habetur, spinosas, ait, in pectore curas gerere. Quanto in honore apud veteres fuerit rosa, vel inde colligi potest, quod omnibus ejus partibus nomen aliquod proprium imposuerint. Quæ singula examinanda. Πόδη, uti Grammaticorum scribunt filii, dicuntur, οὐδὲ τὸ οὖται, ητούτη αντίφεστη, τὸ μὴ οὖται. Οὐσιούς οὐ. Rosa vocatur ab oleo, vel per antiphrafin, quod minimè oleat, cum odorata existat. Plutarchus 3. Sympol. quæst. 2. Τὸ οὐδὲ πόδην αἰθέρας αἴπεντας ἐν τούτῳ πολὺ τὸ οὐδωντας αἴφησι. οὐδὲ Επιχειρεια μαργάνειται. Rosa autem rhodon Græcis haud dubie dicitur, quia multum odoris exhalat, quo fit, ut etiam celerrimè marcescat. Latini rosam vocant, vel à Græco πόδην, vel, quod rubicanti colore rubeat; ab hoc eximio colore ac jucundo odore Poëta rosam comparat auroræ ac diei surgenti. Ut enim rosa rubor contendit cum rubore auroræ; ita hujus floris odor certat cum suavissimo odore surgentis diei.

Ambigeres, raperetne rosis aurora ruborem,
An daret, & flores tingeret ora dies?
Ros unus, color unus, & unum manè duorum,
Syderis & floris est domina una Venus.
Forsan & unus odor, sed celstior; illa per auras
Diffutur, spirat proximus iste magis.

Hunc perquam elegantem ruborem, si diutius rosa similis dieque æltum patiatur, facile amittit. Causa quod nativus calor à cœlesti adjutus, evehit colorem naturaliter ad certum gradum, ad quem, sine ejus adjumento pervenire nequit: illo opere perfecto, peregrinus calor absumptio humidus, tenues partes, in quibus color suas sedes haber, depopulatur. Sed unde rosa rubedo? Vult Plutarchus, quod in superficie tenuis efflorescat calor, eo à frigore naturali rosa expulsus. Ψυκτηρίδεις οὐδενί διαφέσει, τῷτε οὐψει πορειῶν, στολὴ μελόνων. λεπτὸς γὰρ αὐτὸς καθαρεῖται τὸ θερμὸν επιπολῆς ιερούνδρου, τῶν τοις θερμόττες. Naturalem autem habet vim refrigerandi, aspectu igneum aliquid ostentans idque non absque ratione. Nam in superficie ejus, tenuis efflorescit calor, eo à frigore expulsus. De hac quæstione in Libris de causis narrant veteres, rosa florem autē album, postea hanc caloris suavitatem à Veneris vulnerato pede accepisse. Cassianus Bassus libr. II. cap. 19. "Ο τὸ κάλλος Φειδίου θυμαῖον, τὸν τοις Αφερεδίοις λογιζόμενον πάλιν, λόφον Φησι. Ήτε ψει μὲν γὰρ οὐ Θεός Φειδίος, αὐτοὶ γέ μὲν οὐ Αφερεδίος. Σηλυτο-

πονῶν δια. Αὐτὸς ἀγελεῖ τὸν Αὐδόνιον, λύστην ἔρωτον τὸν Αὐδόνιον θεοῦ γένουτον. Μελέθοσιν ἡ τὸ ποιεῖν ή Θεος ἀμέντες ἡπιτελές, Εἰς τούς αὐτούς δημιουρίους τῷ ρόδῳ, ἀστέριδαλος ὁυτος, τοὺς ἀγριθεῖς τοῦ ρόδου τὸν περσοῦ τοῦ πόδες καθετάρεται. Εἰ λόγῳ τῷ ρόδῳ απέτιγον ὅτι τοῦ ιχθύος τῆς Αὐρηλίους απορρίψειτο, εἰς ὅτι τὴν ὄρφετα τὴν χρυσαν μετέβαλε, Εἰ ἐρευθρος καὶ ιανδία ἀντὶ τοῦ Ἀριτανοῦ περιγένεται. Qui rosa pulchritudinem miratur, ei Veneris plagam considerandam esse ajunt. Amabat enim Adonidem Dea, amabat autem et ipsam Venerem Mars. Emulatione igitur accēsus Mars Adonidem sustulit, solutionem amoris mortem Adonidis fore arbitatus. Quum autem factum cognovisset Dea, se de Marte ulcisci statuit, et de industria in rosa irruens discalceata, ad ipsius roseas spinas, tarsum pedis (est post calcem vestigii pars anterior, ubi prima articulatio quinque ossium, quae ναποδίον, id est, vestigium, sive plantam solumque constituant, incipit. Suidas τὸν ποδὲς interpretatur, ideo interpres plantam pedis vertit) impegit, et cum alba pruis esset rosa, ex cruce qui ex saucia Venere distillavit, in eum qui nunc in ipsa cernitur, colorem transit, ex eo tempore ei rubedo, et odors jucunditas accessit.

*Ipsa quidem studiosa suum defendit Adonim
Gradivus stricto quem petit ense ferox.*

Affixit durus vestigia dura rosetis,

Albaque divino picta crux rosa

lem Geoponiām Auctōr aliam de ro

Idem Geoponiam Auctor alias de rosa colore narrat fabulam. E tigri de flosci cō sanguinē tali blāis σύσχυσίσιν, καὶ τὸ πέπλον πολλοῦ αἰδεκανθρίου ἀναρρήτε, κορσέα τοῖς ἑράκλεις, καὶ οὐσίαν τῷ πλεῖον του δοτήσονται την βασιν καὶ φερετέρην μέρεαν, τοῦ νεκταρεών εἰς τὴν γῆν ιεράν, τὸ αὐτόν τον γέον τερψινούμπρος αἰρεῖν. Altis, ajunt cum in celo Di convivarentum, Ε nectar multum astaret, amorem choream duxisse ac trepiduisse, Ε cum ala crateris fulcrum concussisse, cumq; evertisse, atq; sic nectar in terram effusum rose florem rubicandum reddidisse. Philosophi veteres rosæ colorem ortum scribunt ex influentia stellæ Veneris. Ausonius à sanguine cupidinis rubram factam rosam fabulatur. Turcæ, uti refert epist. I. Busbecius, ex sudore & sanguine Mahumetis, qua de causa lilia rosarum humi jacere non patiuntur. Bion in Adonis Epith. ex Adonis sanguine natā rosam scribit.

Αἴτιος τοῦ Κυθέρεως, σεπώλευτο κατάδικος Αὐδωνίς.

Διόχευον αἴπει φίη τόσαν Κληρέει, δοτον Αὐστην

Αἰγαὶ γέει. ταῦτα πάντα ποτὲ χθόνες γένεσται αὐθι-

Αἴμα τὸ οὐρανού πάκτει· τὰ δὲ σταύρου τὰν σύνεμαίσσειν.
— Καὶ πάντας τοὺς αὐτούς Αδαμία.

Væ, væ Veneri persist pulcher Adonis.

*Lachrymarum tantum Venus effundit, quantum Adonis
Sanguinis fundit. Hæc verd in terra cōvertuntur in flores:
Sanguis rosam gignit, sed lachrymæ anemonem.*

Ab Arcadibus rosa, ut scribit Athenaeus, δίφυφαλος vocatur. Sic dicta videtur, vel ἐπὶ τῷ ὄμφατι ab umbilico; vel ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, à divino afflato. Posterior sententia ab Atheneo lib. 15. probatur. Τικησεῖ διὰ τὸ τοῦ δεσπότου τὸ ρέδων φυτό τούς Αργείας καλῶν δίφυφαλον ἀπὸ τοῦ ινοφυτοῦ. Prior sententia à nobis non improbatum, quod interior rosæ pars umbilicum mentitur. Eadem rosa ρέδων dicitur; Theocriti Scholia festi Eidyl. 8. Θέρα, Θισταλὸι μὲν, τὰ πεποιημένα λέα. Κυπρίοις ἡ τὰ αὐτῆς μεταπλασία. Λιπαλοὶ ἡ φάρμακα ἐς φυτόν Κλυτερά. Οὐρανοὶ ἡ τὰ ρέδων, τὸ διχόν τὸ αἴωνος εἰς τὴν γῆν. Id est, Throna, Thessaloi vocant animalia varietate distincta, maculosaque; Cyprī vestes floridas & variegatas vocant. Εἰτοι ut Cleitarchus tradit, venenū pigmentum; Homerius rosam, quod extra terram sursum saliat. Hactenus de roſe, nunc de partium nominibus agemus; ac primum de calyce. Calycem plurimi vocant, quod stamina & florum foliola complectitur ac continet. Literatioribus tamen calyx quid aliud; ac Græcis quidē, ut tradit Suidas, καλυξ ἄνθος τὸ ρέδων μετανοής. Idem, καλυκας ρέδων καλυμμένα (in hunc sensum voce hac usus est Divus Hieronymus cap. 35. Esaiæ) calyx tumens rosa necdū foliis dilatatis. Hesychius, γέλιον τὸ αἰρόν τὸ ρέδων, τὸ μὲν σπερματοφόρον ἄνθος, τὸ νύμφην τὸ ινόν. Flos rose nondum expansus. Iacem νύμφην dictū refert: quod & Suidas restatur. Σάρκοις ἡ τὸ αἵα μέσον τὸ γυναικίσιν αἱ αἰδοῖσιν τὸ φυτόν καλεούσῃ τὸ ρέδων εἰς καλύκες εἰς μετανοήν τὸ μέφατον. Ερών qui vocari rosam tradidit, præter Hesychium, quod sciām, scripsit nemo. Pollux l. 11. c. 71. ιντια κρουστὸς τὸ τοῦ αἵα, ἡ καὶ ἀδόπια, ἡ ἀλικητης. Anris ornamenta quæ & ellabora & helictires discuntur. Nostri saeculi botanici calycem vocant, involucrum, quo dehiscente flos in sua folia se pandit, vel folliculum, quo flos primū, deinde semen, vel fructus continentur. vel calyx componitur ex densis foliis, quibus sustinentur florum divisuræ. Vide cap. de narciso. Stamina, sunt apices qui medio calycis erumpunt. Sunt filamenta illa lutea, que ab intimo sinu floris profiliunt. Officinæ antheras vocant, Græci ἄνθος ρέδων. Vngues οὐνζες, floris ipsius foliorum partes decolores, quibus calyces inseruntur. Asclepiades apud Galenum lib. 4. καὶ τόπος c. 5. & 6. ρέδων καὶ αράνης τῶν τοῦ βαθέαν δραχ. μὲν. Extremitates rosarū λοβοὺς appellat, quas Dioscorides οὐνζας; sunt, ut dixi, decolores

(vel ut aliis placet, candidæ) foliorum partes, quibus de-
tractis rōse oruoxo pīcīs n̄ īorvoxo pīcīs dicuntur, quasi exun-
gues, & resectis unguibus. Plin.lib. 21. cap.4. alabastrū
vocabus videtur, quod Græci calyces. Quo, inquit, mox in-
tumescere, & in virides alabastros fastigiato, paulatim ru-
bescēs debiscit, ac sese pandit in calycis medio sui, stantes am-
plexa luteos apices. Florus poëta non ignobilis, pyramides
vocat, quod Plin.alabastros, & calathos, quos ille calyces.

Prima dies ostendit spicula florum
Altera purpureas vnde malo sumentes

*Altera pyramides nodo majore tumentes,
Tertie: cum acutis.*

Tertia jam calathos.

Alabaltros recentiores vocant calycis partes laciniolas, conum floris priusquam panditur complectentes; haec quinque sunt; duas barbatulæ, duas imberbes; quinta partim barbata, partim imberbis. Officinæ cortices vocant; Divus Hieronymus, papillatos corymbos. Καφαλαιον καφαλαια dicuntur capitula in quibus semen gignitur, quae scilicet floribus & femini subsunt. Rosæ virgas Strabo. Gallus in suo hortulo viburna vocat.

Iam nisi me fessum via longior indupediret

Scrupens, atque novi terretur carminis ordo,

Debueram viburna rosea pretiosa metallo

Pactoli, & niveis Arabum circumdare gemmis.

Aliud est viburnum, de quo Virgilius, sui generis planta. Et hæc de rosæ partibus dixisse sufficiant. Variis in locis Theophrastus rosæ notas tradidit, quæ suo loco examinavimus. Vide lib. I. c. 21. l. 1. c. 15. l. 6. c. 1. & 3. l. 2. c. 6. Hoc vero capite de generibus tractat, atque differentias permultas esse, & hoc extra omnem est controversiam. Differunt magnitudine & multitudine foliorum. Alia enim parva, alia magna, quædam quinque constant foliis, quædam decem, nonnullæ centum habent. In colore non minor observatur varietas; datur candida, reperitur carnæa, cōspicitur lutea, videtur pallida, invenitur purpurea. Subviridis à natura non est, sed fit, si rosæ vertex inteneram agrifolii arbusculam inferatur. Si vero verum, æstivumque tempus frigidius humidiusq; fuerit, florem sine calye producit viridi seu herbaceo colore, ut ante nos obseruavit summus Philosophus & Boranicus Costæus lib. 2. c. 12. Herbacei profecto illi flores sine calice, quos rosæ quandoque ferunt, sunt crudioris minusq; concocti succi soboles. Nam frigidiori humidiorique anni constitutione prodeunt frequentiores. Carent hi vero calyce, ejus materia ob nimiam quasi humiditatem defluente in flores. Quæ magis minusq; odoratæ, ut recèset noster philosophus de odore infra, & in libris de cauſis, quæ de rosarum differentiis tradit Theophrastus, Plinius his verbis reddidit lib. 31. cap. 4. Differunt etiam multitudine foliorum, asperitate, levore, colore, odore. Inter rosarum varietatem recenset Theophrastus rosam centifoliæ. De centifolia hæc Plinius. Paucissima quina folia, ac deinde numerosiora: cum sit genus ejus, quam centifoliæ vocant: quæ est in Campania Italie, Gracie vero circa Philippis: sed ibi non sive terra proventu. Pangæus mons in vicino fert, numerosis foliis ac partis: unde accolæ transferentes conferunt, ipsaque plantatione proficiunt; non autem talis odoratissima est, nec cui lauissimum, maximumque foliæ. Theophrastus ex iuorū ait esse, non odoratissima Plinius. Cum tamen rosa centifolia Batavica haud injucundum, sed satis suavem spiret odorem. Meminit rosæ sexaginta foliorum Herodotus lib. 8. Οἱ δὲ ἀφινθροὶ τὸ ἄλλῳ γένῳ τῆς Μακεδονίας, οἵκουσι πάσας τῶν λεγμῶν εἶναι Μίδεων τοῦ Γορδίου. εἰ τοις φυτημ ἀπόρατα ἥδε, οὐκαστού εἴσηγον τὰ φύλα, ὅδηγε ταπειφέγγεται τῷ ἄλλῳ. Tementiae in aliam Macedonia plagam transgressi, habitarunt propæ hortos, qui ferebantur esse Midæ Gordio geniti, quibus in hortis sua sponte nascitur rosa sexagenum foliorum, fragrantiori odore quam cæteræ. Hæc alia videtur quam centifolia Theophrasti. Illa quippe odore non excellit, hæc reliquas superat. Rosam centifoliæ Theophrasti nō nulli afferunt, cuius imaginem damus, quæ clariss. Caroli Clusi Ævo admodum fuit rara, nunc vulgata satis: Hæret idem Clusius, an sit rosa centifolia Theophrasti, his verbis lib. hist. I. cap. 81. An porro quæ apud Batavos Centifoliæ nomine dicitur Rosa, ea sit, cuius praedicti Auctores mentione faciunt, hæreo. Nam illi centifoliæ inodoram esse, & pusilla habere folia scribunt. Quod autem apud Batavos alitur, non modo referente N. V. Ioanne ab Hoghelande, (qui binas ejus plantas sub anni 1589. initium mihi misit, quas cum prævaluuisse putarem, corruptas esse deprehendi, præter unius radiculæ fragmentum) Prænestini majores, & perinde fere odoratas intellexi: sed etiam Francofurri ad Menum apud Baltasarem, & Carolum Hoyke, Belgas, fratres Germanos, illo ipso anno confixi: sequente vero ex neglecto illo, & veluti abjecto fragmèto nata mihi est stirps, quæ altero anno, nempe

Rosa centifolia.



folia extrinsecus majora, intrinsecus pusilla staminum locum expletia, & in ipsum calicem reflexa: odorem autem deprehendi Prænestinæ, ad albam nonnihil accendentem, colorem Prænestinæ non dissimilem. Istius etiam stirpem unam, quæ album florem ferat, habere se ait idem Hoghe Landus, mediae inter illam & proximè sequentem magnitudinis, quam albam majorem provincialè appellatam ait, ut superiorem, majorem Prænestinam. Sed & rarius aliud centifoliæ genus apud eosdem Batavos inveniri, nuper ad me scripti ille ipse Hoghe Landus, priore aliquanto minus, hoc mediae inter illam & vulgarem Prænestinam magnitudinis; alioqui, color, odor, forma convenient: quod verum esse, ex ejus planta ab illo 1592 missa sequente anno deprehendi. Prioris generis aliquot parvas stirpes postea accepi, ab ornato viro, eodemq; docto & diligente pharmacopœo Delphensi, Theodorico Clutio, quarum pauca quedam bellè germinarunt, ut permanuras sevi: sequente anno una florem tulit. Hactenus Clarissim. Carolus Clusius. Omnino fatendum, hæc non esse centifoliæ Theophrasti; nisi forte ob cœli, solique; necnon culturæ diversitatem odorata sit apud Batavos: apud Philippos verò iisdem de causis vel inodora, vel exiguo prædicta odore, & pro terræ aërisque varietate, & cultura, odore præstare rosas, auctor est ipse Theophrastus, hoc eodem capite. Rosæ vita quinquennium est, non recisæ, nec adustæ: relicta pluribus annis sylvestris evadit, prioremque exxit gratiam splendoremque, & minus odorata percipitur. Id autem fit alimenti ratione, quod in multis variisque partes dispergitur, nec in radice satis concoquitur; contra in resecta, alimentum omne quod ante in plurimos diffundebatur caules stolonesque, ad radicem revocatur, in eaque melius fæliciusque concoquitur, & dehinc ad superficiem præstantius & largius mititur. Notat Cassianus Bassus, rosas odoratores esse, quæ juxta allium nascuntur. Lib. II. cap. 19. Ταῦτα οὐδεὶς τὸ φυτόν τοῦ ποδού, ιωνίου τοῦ ποδού. Si allium juxta rosas plantaveris, odoratores erunt. Causa videtur, quod allium suo calore terram calefaciat, unde nutrimentum quod perfertur in rosam, elaboratus, calidius, magisque concoctum redditur: vel odoratior existit, quod allium si quid foetidi terræ inest, in suum trahat alimentum: omnia enim simili nutriuntur. Quod itaque remanet purius ac melius, à rosa attrahitur. In eo enim jucundioris, suaviorisque odoris est causa; & sic cultura odoratior redditur. Addit idem Bassus, sed vanū puto, οὐδὲ τοῦ ιωνίου σφένδανος φυτού. Quidam propè coronas odoris gratia plicatas plantant. An his de caulis rosæ centifoliæ apud Philippos exigui minusque suavis, apud Batavos aliasque nationes majoris, suaviorisq; odoris sint, non ausim affir-

mare. Certè illud dicendum videtur, aut fateñum, rosam Batavicam non esse Theophrasti centifoliæ. Inter ea ramen ne dubita, quin sit ea, quam Herodotus describit, valdeq; odoratā tradit. Sequitur apud Theophrastum, ἡ ἵκθυσις αὐτῶν ὄντως, ὅτε εἶναι τὰ μὲν ἐκτὸς, τὰ δὲ ἱστός. Deest verbum; lege ex Athenæo, apud quē idem locus, ἡ ἵκθυσις αὐτῶν ὄντως ιστί, ὅτε εἶναι τὰ μὲν. Corrigendus & Athenæi codex, legendumque ut in vulgaris Theophrasti codicibus scriptum est, nisi forte placeat Athenæum cirare quidem loca Theophrasti, sed non iisdem exscribere verbis, quæ apud Theophrastum leguntur. Εἰ γάρ τις μηδέποτε ιωνίδη. Hæc male, si non mendū, exscriptis Athenæus. Τὰ δὲ πεπάθυλατα ιωνίδη μᾶλλον, ὃν τραχὺ τὸ κέρατο. Βέρτυντ, Suavius olet quibus folia quina, si scaber est cortex inferior. De cortice inferiore, vel superiore nihil Theophrastus, nihil Athenæus. Errandi occasionem dedit Plinius. loc. cit. Non talis, ipsoquit, odoratissima est, nec cui latissimum maximumque folium, breviterque indicium est odoris scabritas corticis. Melius Gaza. Odoratores inter amplas, quibus pars ima scabra. Τὸ κέρατο Theophrastus vocat, quod Aristoteles ὄμφαλον, hodiè calicem vocant. Aristoteles Problem. sect. 12. quæst. 8. Αλγή πολλοὶ οὔτε τὰς φύλακας οὔτε τὸ ὄμφαλον τραχύς ιστί, ή δὲ λεῖ. Cur rosæ suavius olet, quibus umbilicus asper, quam quibus laxis? Rationem dat. Ήπει τοῦ μᾶλλον οὔτε τὸ δέσμη τὸ φύσιν ἀπληφθεὶ τὸν αὐτὸν, ἀκαθάδης ἡ φύσις τὸ φύσιν οὔτε οὐδὲ μᾶλλον ιχνον τὸ φύσιν ιδίαν οὔτε. An quod suavius olet, qua modum consequata sunt sue naturæ; rosa autem spinosa natura est; suavisimè ergo olet, quod spinosa magis secundum naturam constituerunt. Illud omnino verum est, quo spinosiores, eo odoratores sunt rosæ. Hoc docet, egelentira vulgo dicta, & dunensis Batava. Sed cur spinosissima odoratior? Id sit quod plāta tota terrea & siccata sit. Terreum id, quo magis expellitur, eo quod remanet subtilius, tenuius, elaboratius efficitur, & hinc odoratior illa rosa. Cæterum terreū illud per corticē expellitur. Nec enim debebat, nec poterat per aliam expelli partem, non debebat in radice remanere. Citò enim exaresceret planta: nec fuit utile in folia mittere qui celerrimè excidissent, nec in florem qui inodorus, & illlico corruptus fuisset. Ergo per corticē, quem cū haud sine mucrone scindere posset, futurus humor in spinas formatus erumpit. Et hæc causa, cur spinosa sit rosa. Errat Philosophus, cum spinis corticem disrupti scribit: ab eo enim producuntur, nec duræ sunt cū exētū. Cæterum, nūc ratio haud obscura, cur rosa odoratior cui calyx spinosus; nempe quod terrestis humor magis expulsus est, quam in aliis, quibus laxe alabastrum. Cæterum Plinius per corticem nō intelligit, corticem ipsius plantæ, sed calycem, qui semen continet. Quod ex ipso probatur Plinio. Eodē enim hoc capite paulo infra scribit, Tardissime proveniunt semine, quod in ipso cortice est, sub ipso flore operū lanugine. Calyx enim, quo primū flos, dein semen continetur, Plinius corticē vocat, quod magni ignorarū viri, errorisque causa fuit. Cæterum vulgatam lectionem Theophrasti, εἰ δὲ τοῖς μηδέποτε legitimā, Athenæi spuriam esse, ex eo probatur, quod pentaphylli, sive quinquefoliæ rosæ non faciat mentionem; tum, quod in majoribus rosis differentiam agnoscat Theophrastus, cum nullā quinquefoliæ varietatē doceat. Refert porro Theophrastus. Pro foli cœliq; ratione odoratores esse plantas. Sed codex nō satissimus. Ιπει εἰ τὰ πικρά τὴν αὐτὴν γνέρβην ἐν ποτὲ τῷ παραγαγόντι ινοσμίᾳ ηδονηπλα. In Albino & Bafil. Ιπειτα εἰ τὸ γῆ τοιαύτη γνέρβη πικρά. Vertūt. Nam que & in eadē tellure proveniunt, diversitatem bona, exilisque olentia nullā ostendunt. Corrigit Iulius Scaliger. Ιπει εἰ τὸ αληθή γῆ τὸ αινόν γνέρβη. Nam & eadem, si diverso in solo proveniant, diversitatē quandam boni malique odoris ostendunt. Hanc nō improbo lectionem; verū quia ad vulgatam proprius accedit Gazæ lectio, eam magis probo. Lego ergo. Ιπει ηδονηπλα τὸ αινόν γνέρβην ἐν ποτὲ τῷ παραγαγόντι. Id est, Nam & eadem si in uno eodemque solo proveniant, nullam diversitatem boni malique odoris ostendunt. Eudem hæc correccio sensum habet, quem Scaligeri continet emendatio. Idem enim est, ac si dicas: ideo tellurem facere ad odoris præstantiam, quod experientia doceat, ea quæ in diverso solo proveniunt, differre ηδονηπλα ηδονηπλα; an dicas, ideo solum facere ad odoris bonitatem, quod quotidie observetur, ea quæ eadem terra proveniunt, nullam habere varietatem ηδονηπλα ηδονηπλα. Plinius hunc locum his verbis exscripsit. Et alias vera quoq; plurimum solo prævalat. Rosæ odoratissima apud Cyrenas. Idem & Plinius. Cyrenis odoratissima est: ideoque ibi unguentum pulcherrimum. Verba hæc Theophrasti corruptissima. Αλγή τὸ φυτόν, ηδονηπλα τὸ φυτόν, μᾶλιστα οἱ κατεῖνον εἰ οὐκαν. Αλγή τὸ φυτόν, τολεῖσθαι γέρβη οὐτόποδει τολεῖσθαι. Vertit Gaza; In plenum verò & violarum, & reliquorum florum odores ibidem sinceri precipue sentiuntur. Rectè Scaliger. Totam hanc periodum paucissimis Theodo-

spacio inter se distantia. Varro de re rust. lib. I. cap. 35. Rosa etiam conciditur radicibus in virgulas palmares, & obtruitur: hæc eadem postea transfertur facta viva radix. *Emigropium* dicitur in *virgula*, &c. Plinius. Omnis autem recisione atque usione proficit: translatione quoque vitis (recte antiquis noster codex, ut vitis) optimè occissimè que provenit, surculis, quaternum cubitorum longitudine, aut ampliore, post Vergiliarum occasum sata: dein per Favonium translata, pedalibus intervallis, crebrōq; circumfossa. Præcisione optimè proficere, non tantum extra omnem dubitationem, sed etiam quinto, aut sexto anno recidi stolones debet, ut plures majores pulchrioresq; ferant flores. Refecta rosa flores, ut dixi, fert copiosiores, capaciores, odoratiores. Id sit, quod alimentum, quod in multis partes uberioris diffundebatur ad radicem revocatur, in eadum felicius conquitur, & præparatur, atque hinc ad superficiem largius remittitur. Rosarum hæc genera observarunt recentiores. Rosa rubra, quam Milefiam Plinii volunt. Plinius loco citato, *Addidere Milefiam, cuius sit ardentissimus colos, non excedentis folia.* Rosa hæc simplex, & multiplex colore magis minusque rubro, huc referri oportet. 2. Rosam Milefiam flore rubro pleno: vulgo rosa fina. 2. Rosam Milefiam flore simplici & rubro. 3. Rosam ex rubro nigrante, flore pleno, &c. 4. Rosam rubicundam saccharinam dictam; Camerario viro summo Græcula Plinii. Est & alia, Græcula appellata, convolutis foliorum panniculis, nec dehincens nisi manu coacta, semperque nascenti similis, latissimis foliis. II. Rosa rubra pallidior, Gallis *Francha* dicta. Hanc alii Trachiniam, alii Prænestiam, volunt; nonnulli Græcula, de qua supra, contendunt. Priore (Græcula) minus rubet, & flore simplici plerumque est, & foliis latissimis, cuius frutex spinis communiter caret. Plinius *Genera ejus nostri fecere celeberrima, prænestinam & campanam: addidere, alii Milefiam, cuius sit ardentissimus colos, non excedentis duodena folia. Proximam & Trachiniam minus rubentem.* In tanta brevitate, quis aliquid certi concludet? III. Rosa maturatius rubens, foliis est quadragenis amplioribus, saturatius rubentibus, ad nigredinem vergentibus, & alabastro crassiore. IV. Rosa purpurea, quam Trachiniam nonnulli asserunt: alii rosam hortensem, ex purpura albicantem vocant. quidam incarnatam, quod carnis referat colorem. Adversariorum autores pallidas appellat rosas purpureas, aut rubras colore carni similes. Has Ioannius in tractatu de pilulis aloes à Pharmacopœis rebedenas dici auctor est. V. Rosa versicolor. Variat: nam flos media ex parte candicantibus, altera purpurascens foliis, vel venis simi-

Rosa vulgaris folio pleno.



Iis coloris aspersis constat: vel folia quædam integra alba, quædam integra rubra, inter se commixta sunt. VI. Rosa maxima multiplex centifolia Batavica, de qua supra plura dicta. Varius communiter flos ex albo rubet. Habetur & alba, quæ rosa alba major provincialis, rosa centifolia Batavica alba. VII. Rosa multiplex media

centifolia secunda Clusii viii. Major præstina. Clusi ix. Rosa alba vulgaris major, Campana Plinii quibulda; alii malunt spineolam esse, nonnulli alabandicam. Foliorum numero flores variant. Hinc rosa flore albo pleno & rosa alba flore simplici. Plinius *Proximam ei Trachiniam minus rubentem.* Mox alabandicam viliorem albicanibus foliis, utilissimam verò plurimis, sed minutissimis spineolam. Antiquus codex legit, *Vilissimam verò pluribus, vel minutissimam spinosam.* Utra lectio præsteret, haud facile dixerim, nisi quod, *vel minutissimam spinosam*, corruptum extra omnem controversiam existimem. Utrum, *vilissimam*, an *utilissimam* legi debeat, hæreo. Antiqui tamen codicis electionem præferrem, quod primo loco de optimis, hinc de mediis, tum de vilioribus, tum de vilissimis agat Plinius. Pro *spineolam*, *vel spinosam*, nonnulli *scioniam* legunt. Hermolaus, *spermoniam*: quasi *προσόδιον*, id est, *passim nascentem*; aut etiam ab exiguitate dictam, cujusmodi rerum semina sunt. Idem Hermolaus notat codices reperi, in quibus pro, *pluribus*, *vel plurimis*, *pallidis* scriptum est. x. Rosa moschata simplici flore, quam à Serapione nefrīm vel nefriam vocari tradunt. Nonnulli coroneolam Plinii existimant. *Atque inter has media, inquit, arumnalis, quam coroneolam vocant.* Omnes sine odore, præter coroneolam, & in ruboratum: tot modis adulterantur. Rosa Moschata minor datur & major, alba est, nonnunquam ex albo ad puniceum nonnihil vergens. Rosæ Moschatæ cū silvestris, tum domesticæ rubræ & albæ & viridis, lib. de cultura meminit Bellonius. xi. Rosa Moschata multiplex. xii. Rosa Moschata sēper virēs, flore albo. xiii. Rosa sine spinis, flore minore, colore fecem vini fere refert. xiv. Rosa Subviridis. De hac supra quædā dixi. In historia Lugdunensi rosas cæruleas reperi, habetur. xv. Rosæ folio subrotundo & crispo observavit Doctiss. Bauhinus. Et hæc de domesticæ generibus: silvestris quoque plures dantur differentiæ. 1. Rosa Silvestris vulgaris flore odorato incarnato. An hæc cynosbatos. lib. tertio docuimus: flores ex purpura deluti albicant huic & tertiae, spongiosa adnascent, quam Plinius in cynosbato, pilulam castaneæ similem, in cynorrhodo spongiam vocat. 2. Rosa silvestris, flore majore & rubente, colore & majoribus à priore differt. 3. Rosa Silvestris, flore pleno. 4. Rosa silvestris, foliis odoratis, elegenteria vulgo dicta. Hanc alii cynosbaton vel cynorrhodon volunt, de quo lib. 3. Flos ex purpurea satis candidat. 5. Rosa sylvestris odoratissima rubro flore. 6. Rosa Silvestris odorata, albo flore. Hanc Græculam quidam credunt. 7. Rosa odore cinamomi simplex. Prolychnide Plinii Doctiss. Gesnerus habet: & in Albio monte majorem & minor em nasci tradit; illum fæminam, hanc marē faciens. Plinius; *Cepio Tiberii Cæsaris principatu, negavit centi foliam in coronis addi, præterquam extremos, velut ad cardines, nec odore, nec specie probabile, & quæ Græca appellatur à nostris, à Græcis lychnis, non nisi in humidis locis proveniens, nec unquam excedens quinque folia, violæ (almi, vetus codex) magnitudine, odore nullo. Si odore, ut Plinius ait, nullo; rosa jam memorata nequit lychnus esse; quippe odorat.* Quare alii inodaratæ & pusillam rosam rubrā indicari volunt, vere & autumno prodeunt, quam Galli *damas rouge* vocant. Malunt alii lychnidem Dioscoridis coroniorum herbæ flore viola purpurascente, à Plinio intempestivè recenserit inter rosarum genera. 8. Rosa odore cinamomi flore pleno. Flos dilutè purpurascit, & in medio suave rutilat; nonnulli spineolam Plinii asserunt. 9. Rosa rubra, præcox: flore simplici, exiguo odore, & foliis latioribus à prædicta discernenda. 10. Rosa minor rubello flore, quæ vulgo à mense Maio, Majalis dicitur. 11. Rosa lutea simplex. Meminit Doctiss. Gesnerus rosarum, quæ moschum fragrant, & luteæ sint. Tales nunquam vidimus, nec quas folia odorata observavit Clariss. Bauhinus. 12. Rosa lutea multiplex: hæc duplex, altera florem totum expandit, altera vero semiclauso flore permanet, quam multis annis in horto coluiimus. 13. Rosa campestris spinosissima, flore albo odoratissimo, foliis pimpinelli, quam Dunensem, supra Batavicam vocavimus. Hujus fructus matus niger, cum ceterarum rubeat. 14. Rosa silvestris punula rubens: fructus maximus est, & pyri modo turbinatus. 15. Rosa silv. pomifera major. Hæc sequēte altior, ramosior, paucissimis aculeis, foliis majoribus, pallidè verentilus, locis humidis apud Basileenses, ut tradit Bauhinus provenit. 16. Rosa pomifera minor. Hanc Lobelius spinis parentem, ac Tabenæmontanus spinosam pingit, utramq; coluit celeberrimus Bauhinus. XVII. Rosa arvensis candida. XVIII. Rosa campestris repens alba. XIX. Rosa campestris spinis carens biflora. flore est languido rubro, vere & autumno podiens; quæ duplex, alia odoris ex pers,

pers, alia foliis exiguis suavissimi odoris, in monte Pilati Lugdunensium. Et hederae generibus, de Hierochantica dicta, capite de amomo agam. Aliud genus in horto habemus; Memphiticā voco, quod inde allatam quidam asserunt. Foliis est eglentirae non diffimilibus, florae albo pleno liliī politū, figura provinciali non diffimili, mense Septembri Octobrīque, nisi æstas calidior sit, (nam Augusto florentem vidi floret. Februario) folia cadunt, quæ vere primo renascuntur. Adversus hyemis injurias non nihil muniri debet.

Tò δὲ Ιον, &c.] Latini violam vocant. Violam Isiodorus dictam vult, propter odoris vim. Alii violam, quasi vitulam, detrita litera, vocari scribunt, quod Ion Nympha in vaccam mutata credatur. Fabulam hanc habes apud Cassianum Basum libr. i. cap. 23. ubi ait. "Ιον τὸ αὐτὸν εἶπεν οὐδὲ οὐδεὶς τοι πέμψει τὸν Ηρακλεῖον τὸν Ζεύς, καὶ τὸν ἔλευσον, μεταβολόν τοῦ Φετιών. Αἴσους δὲ οὐδὲ Ζεύς, καὶ τὸ γεγονός υποκλείσας ζητάει, εἰς βουνὸν μετεῖσθαι τὸν αἰρόντον. Τιμῶσσα δὲ ἡ γῆ τὴν τρωματικὰ τὸν Διός, αἴσους ἀντίτιν τὸν βουνὸν νίκασσα. Εἰς αὐτὸν οὐρανός τειχεῖ, οὐδὲ τὸν κόρην τοὺς τύχεις τοὺς γενίσαστον. Εὐθυγάλιτρα πόδια γένεται πατέσσι. Θεοὶ πορφύρας τὸν οὐρανόν, καὶ λαβούσαντα τὸν οὐρανόν μεταβολήν, οὐτε τὸ βλασphemα Φαινεταί, γέγονον ηγούν. Viola flos natus ex eā unde nomen habet; apud Græcos enim Ion appellatur. Etenim Iupiter Io pueram amavit, Ex amore coivit, Ut Iunonem res lateret, unde cognosci potuit, naturæ transmutationem fecit. Deprehensus enim Iupiter, factum celare cupiens, hominem in buculam transformavit. Terra verò in honorem dilecta Iovis florem protulit, qui juvenculæ pabulum esset, Et sancte flos propter ipsam factus, ex ipsa nomen tulit. Fortunam porro puella flos ipse coloribus suis ostendit. Rubescit enim, veluti Virgo, purpureascit autem, veluti bucula. Albescit; in significationem, quod puella in astra est transmutata, Et quæcumq; germen ostendit, ea in muliere fuerunt. Hæc de viola vulgari intelligi nequeunt, quod hæc tribus coloribus non sit prædicta, sed de viola tricolora, quam trinitatem à tripli vocant colore, penseam alii; Theophrasti φλόξιον credita. Huic violæ folia exigua sunt, ac

Viola tricolor, flos Trinitatis.



initio quidem rotundiuscula, deinde oblongiora, per ambitum modice serrata: caules infirmi, tenues, angulosi, geniculati, palmi longitudine: flores longiusculis pediculis insident, purpureæ viola forma similes, & magnitudine, ut plurimum pares, tripli colore splendentes, purpureo videlicet, luteo, candidoque, vel ceruleo; quorum elegantia ac varietate maximè placent; cum odorem

exiguum aut nullum habeant. In summis duobus flosculi foliolis, & subinde in inferioris, & quandoque etiam in mediiorum parte extima purpureus relucet violæ nigra; mediis ut plurimum, ac nonnunquam inferiori, candidus aut cœruleus insider: luteus non raro inferioris foliolū, vel magnam ejus partem, semper autem flosculi medium, intercurlansibus unā nigris aliquot radiolis occupat. Semen exiguis in rotunditate oblongis vasculis, ochri magnitudine continetur; quæ decidentibus succedunt floribus, & ultrò, semine jam maturo, dehiscent. Radicibus nititur fibrosis. In arvis pluribus locis exit: nascitur & in hortis, & crebro quidem sua sponte, silvestri speciosior & eleganter. Vere unā cum viola nigra, aut paulo post emicat; æstate dein tota, & maxima autumni parte, ac subinde etiam hyeme, floret. Huc referenda videtur illa violæ species, quæ haud humi jacet; sed duriusculis suis caulinis erigitur, & recta consitit; quos subinde promit cubitales. Folia ei latiuscula, acuminata, serrata; flosculi violis paulo minores, alioqui similes, ut plurimum trium colorum; superante tamen candido cœruleo, mediu[m] floris occupante. Superiora floris purpurascent, inferiora ad luteum accidunt: flosculis succedunt filique oblonge, in tres partes spōte dehiscentes, semine maturo, quod candidum & minutum, fibrosæ radix, uti violæ. In Baldo, Italio monte repertā hanc, Mathiolus refert. Lobelius in Norbōnnensi Gallia ac Angliæ montium jugis. Nascentur vero & in Sudetis Bohemiæ montibus, in silvis etiā, & in aliis Pannoniæ, sive Austriae locis. Nec hac Batavia destituitur; non semel locis nostris arenosis hanc inveni. Viola assurgens, aut surrecta, & quidem tricolor non impropriè appellari potest. Rectius certè, quā arborescens; ut pote ne fruticis altitudinem, aut similitudinem assecuta. Prioris violæ flos colore & magnitudine variat. Est flore purpureo & cœruleo: albo & luteo, cum pallido cœruleo, purpureus & luteus etiam permiscetur; quandoque literis quibusdam notatur, raro flore penitus albo. Datur quæ duplo majore flore, est colore unius purpuræ, & instar Holoserici nitente, vel pallido: Huc referri debet Viola bicolor arvensis, quam haec tenus trium colorum observare, nobis nec Clariſſ. Bauhino licuit: sed candido & luteo, cœruleo & luteo, cœruleo & candido. aliquando tamen vel torus luteus (nunquam vidimus) vel totus albus occurrit. Nicander l. 2. Georgiæ apud Atheneum lib. 15. Ion violam dictam vult, non quod Ion Nympha in vaccam mutata, sed quod Nympha Ioniæ folem hunc primum Iovi munera dedere. Versus sunt corruptissimi; sic vulgo leguntur ac vertuntur.

Αλλὰ τὰ μὲν σπείροις τὸν ἄρεαν φυτεύοις
Ἄνη, Ιάσονι τετράνη γενενιαστὶ δοσά,
Ωχρόντε χρυσῷ τὸ Φυλᾶ εἰ σ' ὁ πατέρος εἴδε.
Σενατὸν Ιωνίαδες νύμφαι σέφεσθαι οὐγόνι Ιωνι
Πιονίοις ποιέονται εὖ κλήροισιν ὄφελος.
Ηνυος γαρ χλων, λι οἱ μεπονυμός τοι
λάκεοσιν,
Αλφείον καὶ λύθρον εἴων επιλύνατο γάνω,
Εσπερεσθαι νυμφαῖσιν Ιανίδεστι νυχεύσων.

At tu formosa consere & pange
Floris violarum duplicita colore genera:
Pallidum at. rnum, aſcēli ſimile auro.
Ionides Ninphæ puram ac reſidentem coronam Iovi,
Texere cum cuperent, in Pisai hortis,
Eos terra flores peperit: tum verò Ion cum canibus
venatus,
Suorum membrorum ſordes abliebat in Alpheo,
Ad vesperam cum Iaonibus Nymphis dormiturus.

Ad hos versus Clariss. Causabonus. Octo primis versibus de violis agit: Græci enim flem̄ ior appellant. Nicander iāda licentia poëtica: & appellationis hujus originem, ex antiqua fabula ad fert istam. Ioniadas, sive Iadas Nymphas Iovi primò coronam ex iſto flore dedisse, cum iſpis dormituro, post occidum aprim, qui agrum Pisanum, qua fluit Alpheus, infestabat vivus. Scribeſic primos duos versus.

Αλλὰ τὰ μὲν σπείροις τὸν ἄρεαν φυτεύοις
Ἄνη Ιάσονι τετράνη γένει μὲν δοσά.
Poëtica violarum periphrasis est, αἴδη iacinti, id est, iaz: Allusio est ad nomen ejus floris obscurior. Nam alioquin αἴδη iaz loeb omnes flores dicuntur, ex Ionide afferri soliti: sicut ior. Διοσδεις, & apud Varronē, vinum Lesvo. Ita autem re-

Et è verè nulla ferè mutatione, editam scripturam, que
perversissima est, Iosephus Scaliger correxit. In tertio, scri-
bit Canterus, ὥχερη χρυσῷ τι φύλο εἰς ἡπαὶ ιωνῆς. Propius
ad vestigia depravatae lectionis accesseris, si scribas, εἰς ὥμι
ιδεῖς. Observemus, separari hoc versu ὥχερη χρυσοῦν δη
colorē: nisi deest aliquid post istum versum. Nam murum sanc
est, cum sint violæ quædam luteæ (κερκίαι istas vocant Gra
ci,) quædam albæ, Nicandrum in luteas & auro similes eas
distinguere. Nihil enim, aut parum discriminis est inter ὥ
χερη, & auri colorem. Taceo, quod purpurearum violarum
nullam faciat mentionē. Cujus omissionis causam afferemus
aliquam ad versum 59. In quarto, οὐντινόν quid sit nescio: for
te, ὥστα γ' λανάδες νύμφαι. In quinto, ποτίσσωδ, quam ποτί
σσων mault Scaliger. at pro in κλεψίτοι, Dalecampius in κλ
εψίτοι. Sine causa (quod κλέψει aliquando pro horto accipiatur
vel jugero, sicut Latini heredium pro prædio intelligunt:
propterea, quod hujusmodi res baredem sequatur. Hanc sig
nificationem apud Platonem & Pausianum habet.) Sextum
ita emendamus, Ἡροὶ χλωύινα μετονύμοι σκυλάκιοι.
aprun, inquit, confecrat, persecutus cum canibus. Potes e
tiam sic, & fortassis verius, Σωὶ ἄγειροι χλωύινα δὲ μετονύ
μοι σκυλάκιοι, ut semper apud Homerum. Haec tenus Cau
sa bonus. Inter τὸν ὥχερη & χρυσοῦν δη colorem, parū aut ni
hil discriminis esse, ait. Quod verum, si τὸν ὥχερη pro luteo
acciipiatur: sed si pro pallore, magna inter utrumq; dif
ferentia. Aristoteles in Prædicamento qualitatis, Αἰχθυτή
τὰς τις, ἵπαθεις ιγνέτο: καὶ φοβοθεις, ὥχερης. Rubicundus fit qui
pudore afficitur, pallidus qui timore. Hic certè color di
versus satis ab aureo, albo proximus est. Per pallidam
violam Poëta intelligit album leucoion. Ad eundem mo
dum Maro albam violam, pallidam dixit in Bucolicis.

*Nunc decet aut viridi caput impedire myrto,
Aut flore, terræ quem ferunt solutæ.*

Violam intelligit, quæ primo vere floret. Violarū multa genera. Plinius libr. 21. cap. 6. *Violis bonos proximus.* (à liliis) *Earum genera plura; purpureæ, luteæ, albæ: plantis omnes, ut olos sate.* Fallitur Plinius; nec lutea, nec alba viola frutex, quas *λωνγία* Dioscorides vocat, planta propagantur, sed semine, purpura vero planta. Nos violas distinguiimus in albam & nigram. Alba, quam *λωνγία* Græci vocant, vel frutex, vel bulbosa. De alba infra agemus, hoc loco nigrae historiam tractabimus. In quibus viola nigra ab alba differat, hoc capite docet Theophrastus. Ejus verba sic lege & verte. *Τὸ δὲ ἵστον, τὰ μέλας οὐ λωνγία ἀλλά πίρη, καὶ πά τι ἄλλα, καὶ κατ' αὐτὸν τὸ εἰκόνα.* (vulgò male ianuæ) ὅπ τιλαιρίφυλλο, καὶ ιὔγυμφυλλος καὶ σπαρτοφυλλος εἰτ. πολλών ιχνους πίζων. *Viola nigra ab alba differt, & per alia & per ipsam speciem, seu formam violæ, quod latis foliis, & carnosis, & humi stratis est, multam habens radicē.* Hunc locum sic redditus Plinius, loco citato. *Ex iis verbis, que sponte apricis & macris locis proveniunt, purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnosa exeunt, soleque Græco nomine à ceteris discernuntur, appellata Ia, ut ab his janthina vestis.* Hec corrupta. Nihil æquè falsum, quam violam nigram, vel purpuream radicem habere carnosam. Scribe, *latiore folio, & carnosæ statim ab radice exeunt.* Nec melius pro *janthina, hyacinthina* in antiquo legitur codice. Malè Plinius, discerni à ceteris tantum Græco nomine dixit. Theophrastus καὶ πά ἄλλα, καὶ κατ' αὐτὸν τὸ εἰκόνα. Plinius, vel Libertus legit, κατ' αὐτὸν τὸ οὐρανον, quod per quam ridiculum; & satis ineptum, solo nomine Græco à ceteris discerni. Describit & hanc Dioscorides libr. 4. cap. 122. *Ιανθίνα φύλλον ἔχει μικρόπεπτο κιστον (vetus κιστοσθήτης, μικρόπερη) καὶ λεπτότερον, [μελαγχεῖτερον οὐ καὶ τοῦ αἴρομενον] (Vetus*

inclusis caret) καυλίον (vet. καυλία δέστι) μέσον δὲ τῆς ἀρχῆς
ἢ φεύγοντο πρόσθιον σφραγεῖσιν αὐτοῖς, πορφυρωδῆ. Φύεται οὖτε σὺν παλαιοῖς
καὶ τρέχει τὸ ποτός. Διαφανὴς ἡ καὶ Φυτεύκειον, &c. *Viola folium habet hæderaceo minus, tenuius, atque nigrum: aliqui haud ita dissimile. Cauliculus à radice medius prodit, in quo flosculus perquam suaviter olens purpureus. Locus nascitur opacis*
εἰς asperis, refrigerandi vim habet. *Viola hæc nigra dicitur, vel, quod respectu albæ nigra sit, vel, quod nigredo quædam in foliis appareat, vel, quod flosculo sit purpureo.* Πόρφυρος enim μίνα, ut alibi dixi, exponit Suidas. Inter coronarias plantas recensetur à Theophrasto. In coronis multis de causis locum obtinuit; ac quidem præcipue, quod exhausto liberius vino capitum doloribus medearur. Plinius libr. 21. cap. 19. *Purpureæ refrigerant: crupam*
εἰς gravides capitis impositis coronis oſſactuē discutunt. Rectius Plutarchus libr. 3. sympos. quæst. I. Μάλιστα μὲν
γὰρ ἡ ἀκρηγοῦσθαι, ὅπου τὸν κεφαλήν κραύψηται, Εἰ νοσῶσῃ τὰ σώματα
σφεῖς τοῦ αἰδομένου αἴρεσθαι, επιβαλλοῦσι τὸν αἴρητον αὐτὸν. οὐδὲ τοῦ αἴρετον
διπλοῦσθαι τοῦτο διαματιστὸν βούλονται, Εἰ δοτεῖσθαι τούς τοις φα-
γῆσι δοῦτο τὴν μέδιην αἴρεσθαι πολὺν, τὸν μὲν γερμανὸν μαλακῶς αἰνάχαλαν-
τὸν πορροῦ τὸ ἀπατοῦν τὸν οὐρανὸν τοντοντανόν, οὐτοὶ δὲ ποτοῦ, Φυστρό-
τῷ μετελοῦ, τηλψάνειν ἀτακενυούσιν τὰς αἰταζομένας, αὐτοὶ τὸν
τὸν καὶ ποδὸν τίσσισθαι. οὐ φεύγει αἱ μόρτεραι, Εἰ τολεῖται τῇ οὐρανῇ τὰς προ-
ρηγματισμένας. Maximè enim merum, quando caput ferit, Εἰ in-
tendit corpora, perturbat, sensuum principio percusso. At
florum exhalationes, mirabiliter contra hoc malum præsidio
sunt, caputque veluti arcem muniunt, ad ebris etatem pellen-
dam. Nam εἰ calidi flores molliter aperiendis meatibus fa-
ciunt, ut perspirare vinum non possit: Εἰ que leviter frigi-
dasunt, medicoci contactu vapores repellunt, ut violacea εἰ
rosacea corona. Vtrumque enim horum adstringit, reprimit
que odore suo ea quibus caput gravatur. Objiciet quis, A-
thenæum ad capitis gravitates ex mero, improbare corol-
lam ex violis. Respondeo, Athenæum de alba agere vio-
la, sive leucoio, Plutarchum de nigra; λονγίας δὲ καννηγε-
όντες κεφαλῆς. Vertit interpres; tum etiam violas quae odore
caput feruntur, cum λονγίον Latinis viola alba, vel leucoium
dicatur. Ubicunque autem apud eosdem viola fine epi-
theto legitur, violam significat nigram. Altera causa, cur
coronis additur, est pulchritudo. Cerrarunt antiqui scrip-
tores, quis plurimum tribuat violæ pulchritudini. Home-
rus ut doceat quanta huic flori gratia, ipsam Venerem
vocat ἵστιφανον, viola coronatam, hoc est, compram & or-
natam. Locus est in ult. Hym. eis Ἀφροδί-

Εἰδόταινα μάζοντες Ἰωσέφαίνου Κυθερείης.

Speciem admirantes violâ redimitæ Cythereæ.

Hoc ipso epitheto sapientissimus Græcorum Solon, ad exemplar Homeri, eandem Venerem donat, in his versibus, quæ apud Plutarchum in vita Solonis leguntur.

Αὐτῷ ἐμὲ ξώθοι κλεινῆς δότε νήσου
· Αργοῦ πάνης Κύπρου εἰσέραντον.

Vixum me cum navi celeri ab inclita insula

Incolumem mittat Cypris viola coronata

Aristophanes in Equite Athenae

'Ἐν ταῖς ιοσεφάνοις οἰκεῖ, τῆς ἀρχαιίας τινας'.

Viola coronatis antiqua

Idem in Acharnensibus.

Πρῶτον μὲν ίσος Φάίρους ἐκάλουν (Ἄρι-

Καπειδὴ τοῦτον τις ἐπή

Εὐθύς Δῆμος τοῦ σεφάνους, εἴτε ακρων τῶν
Πυγμαίων ἀκάτεβε

Primum quidem vos (Athenienses)

*vovs, coronis violaceis præditos.
Et cum quis hoc diceret*

Statim propter coronas, vix pedibus

Terram contingebatis.

Veteres etiam Musas vocarunt *io wλ.org μεον* *violaceo capillatio præditas.* Theognis in sententiis.

"Αγλαα μουσίων δῶροι ιοσεφάγων.

Idem epitheton Musis datur à Summio Rhodio Eidyl.
cui nomen Syrinx.

¹Ος Μοίσας λεγόντες πάξειν ιοσεφαίγα

"ΕλκΘ αἰσθμα πόνοιο· πυρεσφαείρου.

Quintus

*Qui Pan Musæ canorum compedit violis comptæ
Hulcus delectamentum amoris ignei.*

Chloe apud Longum libr. 3. plecit corollam è violis, eamque, nempe virginale manus, Daphnidi imponit. Ut virginitas est integritas impolluti corporis; ita hic flos coronamenti integer inseritur. Ut virginitas compresu amittitur, ita flos hic contusus exolecit. Cur flores contusi deterius oleant, quærat Aristoteles in problem. iect. 13. quælt. tertia, ubi ait. *Διός περιβολίῳ τὸν αὐτὸν δυοδέσσας οὐδὲν συμμίγνυται τῷ ὁδῷ τὸ πεδός τὸν τὸν αὐτοῦ. Cur flores contusi deterius oleant? an quod pars terrena, quæ florū inhæret, odors permiscens sese, vim hebetat odorandi. Musas porro eādem de causa viola coronarunt veteres, qua virgines, quamquam non omnes virgines fuerint. Apollonius enim Rhodius scribit, Terpsichorem concubuisse cum Acheloo, & ex eo concubitu conceptas Syrenas. Apud Theocrytum, ut ad pulchritudinem violæ revertantur, votum extat in Thyrsi, ut rubi & spinæ ferant violas.*

Νῦν οὐ μόνον Φορέοντες βάσιται, Φορέοντες δὲ ἀκανθαῖ.

Optat Poëta, ut de rebus asperri mis, ingratissimis, deformibus, gratissimæ, suavissimæ, pulcherrimæ nascantur. Tanta in estimatione fuit violæ pulchritudo, ut jam marcida, sive arefens viola, adhuc pulchra habita fuerit. Oculorum pulchritudinem Achilles Tat. lib. 3. assimilat huic violaceo marcori. *Ἐτι τοῦ ὄφεω λαμπτὸν ἄνθος τοῦ αἰματοφόρου, αἷμα τοὺς λεῖς ἀπὸ μερισμού περιεῖται. Neque oculorum flos est sine cura: sed similis est violis, que paulo ante aruerunt. Huic marcori, sive pallori paulo post nomen pulchri indit timoris. Tertia causa cur in coronis recepta viola, est odoris suavitas, ut patet ex his Oppiani versibus, qui sunt de puella legente hunc florem, eoque se coronante.*

*Ως δὲ ὅπερ περιθεικὴ γλαυκῶντος θέσην εἶπεν ὁρη
Αἰλαντίοις πόδεσσιν αὖ σύρεα πάντας αἴλαλητας
Ἄνθεα διζομένη. τὸ δὲ οἱ μαῖλα τηλόβη ἐσύν
Νηδύμιον περιπάροιτεν ιον μήνυσεν αὔτρην.
Τῇ δὲ μᾶλιστι, μείδησε δὲ θυμός ἐλαφρὸς.
Αἰλαλιδοὶ αἰχθόντος. αἰνιψαμένη δὲ κάρηνον
Εἰσιν εἰς αἰχαντῶν δόμον αἰδούσις τοκήνων.*

*Vt autem cum puella, laeti in veris tempore,
Nudis pedibus per montes omnes oberrat
Flores querens. Huic autem valde procul remota
Suavem anterius violam indicant balitus,
Eique valde letatur, ridetque animus levis;
Errataque inexplebilis ac revinciens caput
Vadit in agrestium aedes cantillans parentum.*

Et haec causæ, cur in coronis sit expertita. Unum restat, quod Theophrastus violæ nigrae folia carnosa ait, eoque differre ab alba; cum violæ albæ folia carnosiora, ac Discorides violæ folia hæderaceis tenuiora tradat. Ut hæc, inquit magnus Scaliger, emollias, sic excuses: attribuas uerique densitatem, majorem alba, sed lignosiorum; minorum nigrae, sed carni propiorem. Hæc ingeniosa satis, non tamen ex rei veritate. Λόγιον Theophrasti herba, Dioscoridis verò frutex, ut capite sequente ostendam. Bulboi leucoi folium, nigrae violæ carnosius. Mendi tamen nulla suspicio. Σαρκόφυλλον scriptum fuisse, ex Plinio demonstratur: nisi in magna Græcia res sese aliter habeat. Theophrastum excusare nequeo; vel (quod non probo) dicendum, utriusq; codicem corruptum, vel saltem Theophrasti depravatum. De Pliniano non sum sollicitus, quod male & præter Græcorum mentem plura reddiderit. Ergo scriptis Theophrastus, η ἡπτὸν οὐρανόφυλλον, quod in η οὐρανόφυλλον mutarem. Minus quam hædera, carnosa esse violæ nigrae folia, docet autopisia. Viola nigra mox à radice promit folia multa, lata, venosa, mediocriter carnosa, per ambitum leviter cernata, hederæ foliis rotundiora, tenuiora, nigrioraque, præsertim parte superiore: inter quod medii tenues exeunt styli, & in singulis flores singuli, pulchri, odorati, colore in cœruleo subnigro purpurei; nonnunquam, sed raro, candidi, ex quinque parvis foliolis compositi, quorum infimum majus; ac deinde penesiles caulinæ, qui per maturitatem in tres partes dehiscunt. Semē parvum, & in rotunditate oblongum est, radicibus tenuibus, ac fibrosis firmatur. Viret hyeme pariter ac estate, frigoris patientissima, locis opacis juxta domos, muros, agrorum, hortorumque margines; pingui solo plurima frequensque emicat. Flores ut plurimum Martio, ubi serius, Aprili prodeunt

Viola nigra Martia.



mense. Est hujus generis quædam florum foliola multiplicans, cum purpurea, tum candida. Hortensis utraq; est, & genus quoddam silvestre foliis minoribus, floribus pallidioribus minus, aut non odoratis. Nascitur in locis quidem opacis, ac secus vias & margines agrorum, verum arido sterilique solo. Violæ nigrae hæc reperiuntur genera; I. *Viola Martia purpurea*, flore simplici odore. Flos communiter coloris in cœruleo subnigro purpurei: qui cultura grandior fit, quandoque foliis latioribus calthæ æmulis. II. *Viola Martia inodora sylvestris*. Flos cœruleus, aliquando pallidus. Duplex est, altera major, foliis majoribus & rotundioribus: altera minor, foliis mucronatis, oblongis, ac stictioribus: Et Gesnerus in monte fracto meminit montanæ, quæ solum foliis minoribus & solidioribus à vulgari differt. Est & *viola Martia* flore rubro purpurascente. III. *Viola Martia alba*. Hæc aliquando nullo, aut languido odore: & hæc foliis est gracilioribus. III. *Viola Martia multiplex*, albo: ut viola variegata dici possit. Est & biflora. Violæ quædam species, ut Costae & Camerarius scribunt, Byzantii colitur, Martiæ similis, sed flore infinitis foliolis constricto, & rosam Damascenam æquante, non solum magnitudine, sed & odore nostrates superante. V. *Viola alpina*, folio in plures partes dissecto. *Viola alpina* purpurea, exiguis foliis. VI. *Viola alpina rotundifolia*, lutea.

Ta dicitur, &c. *Lilium rosæ nobilitate proximum*, ejusque flos non ultimum in corollis locum habet. Discorides lib. 3. c. 116. Κείνον βασιλικὸν, πούπον τὸ ἄριστον στρατηγὸν: *Lilium regii* flos coronarius est. Plinius eleganti doctoque artificio depinxit *lilium* lib. 21. cap. 5. *Lilium rosæ* nobilitate proximum est, & quadam cognitione unguenti oleique quod *lizinon* appellatur, & impositum etiam maximè rosas decet (id quod cecinit Virgilius l. 12. Æneid.

— *Vel mixta rubent utililia multa
Rosa alba: tales virgo dabat ore colores*

Medio proventu earum incipiens, nec ulli florum excellitas major, interdum cubitorum trium, languido semper collo, & non sufficiente capitii oneri. Candor ei eximus, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathii, resupinis, per ambitum labris, tenuique filo & femine, (scribe, stamine) stantibus in medio crocis, ita odor colorque duplex, & alius calicis, alius staminis, differentia angusta, &c. Sed video aliter hunc locum Clariss. Salmaium legere, puta, Candor ei eximus, foris striati, & ab angustiis in latitudinem sese laxantis, I i i 4 effigie

effigie calathi, resupinis per ambitum labris. Eleganter describit florem lilius Plinius, quem vult esse instar calathi. Nobis itaque vulgata placet lectio, quod folia, ex quibus lilius flos conflat, calathi quandam figuram representant, nec aliud in lilio reperire possumus, quod instar calathi fere laxet. Stamina enim quae intus continentur, nihil minus quam calathum, vel calicem, representant, nec aliud praeter folia candida, quae flos efficiunt, quod calicem aut calathum in lilio referat, invenire licet. Nec ulli, inquit Plinius, *florum excelsitas major.* Hac de causa Virgilius 10. ecloga, grandia dixit lilia.

Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.

Non dixit *grandia*, quod florum lilyum maximum esset. Nam flos solis Peruvianus multo grandior, & quadruplo maior; ut proinde florum gigas a quibusdam vocetur. Magnitudine quoque lilyo non cedit iris; amplitudine peonia superat, præsertim, quae flore pleno. Grande, uti breve Horatius libr. 1. Carm. Oda. 36.

Neu desint epulis rosea

Neu vivax apium, neu breve lilyum.

Breve lilyum vocat, non ob exilitatem, vel humilitatem plantæ, sed quod est vitæ brevis. Valer, Flaccus lib. sexto Argon.

*Lilia per venos lucent velut alba colores,
Principù queis vita brevis, totusque parumper
Floret bonus.*

Divus Basilius in explicatione Psalmi 41. nullum florum melius exprimere fragilem humanæ vitæ conditionem refert. Id quod etiam Theocrit. Eridyll. 23. innuit.

Λευκὸν τὸ κέρνον ἐστὶ, μαργαρητὴν ἀνίκα πίπτῃ

Candidum est lilyum, tabescit verò cum decidit.

Grande Poëta dixit, ob summam, quam habet, excelsitatem & majestatem. Huic summa conjuncta pulchritudo: adeo ut Servator noster, ac Dominus Iesus Mathæi 6. & Lucæ 12. dixerit. *Καπεραύθητι τὸ κέρνον τὸ μάργαρον τὸν αὐξάνειν λίχνην, ὃν αὐδή Σολομῶν τὸ πάση τῆς δέξη αὐτοῦ φειδεῖτο ἀεὶ τούτον.* Tam insignem, tam admirandam facit Dominus lilyi pulchritudinem, ut ne quidem regum sapientissimus Solomon, cum omni suo splendore, gloria, & ornatu, cum illo comparari mereatur. Nec primo intuitu hoc magnificum & suspiciendum natura artificium incurrit oculos: sed si quis novo *κυτόπλευρῳ* speculi genere, quod res minutæ ante oculos proximè positas aggrandescere facit, utatur, & per id contempletur stamina illa exilia, itemque filamenta; & fissuras lilyi, fatebitur nulla humana lingua, illam artem, illum splendorem, illud miraculum, hunc candorem, istam elegantiam efferi, & satis prædicari posse. Candor lilyi tam eximius, ut cum qualiteret, etiam candidissima, certare possit. Laetæi candoris est, hoc est, alboris uncontaminati, usq; eo, ut si quidpiam notabili candore visendum dicimus, id, quicquid est, cum lilyo comparemus; aurum albedine anteire hyperbolice affirmemus. Ut apud Propertium lib. 3. commendantem pulchritudinem Cynthiæ suæ,

Lilia non dominasint magis alba mea.

Martialis recensens ea quæ judicantur candidissima, lili meminit.

Toto candidior puella cygno.

Mart. libr. 1.

Argento, nive, lilio, ligustro.

Francigenis sceptris auspiciatissimum symbolum quod uncontaminato fulgeat candore. Narrat Strabo, Babylonios gestare sigillum, & insigne sceptrum, in cuius superioriore parte est malum, aut rosa, aut lilyum. Strabo lib. 16. *Φορεῦσθαι σὲ τὸ σφραγίδα, καὶ τὴν πλευρὴν, οὐ λιτρὰ, ἀλλὰ ἵπτουσα, ἔχοντας σημεῖαν.* Script. eis τὸ ἄνω μᾶλον, ἢ πόδια, ἢ κέρνον, ἢ τὸ τοιοῦτον. Gestant etiam sigillum, & sceptrum, non rude, sed insigne: in superiori parte malo, vel rosa, vel lilio, vel aliquo ejusmodi re ornatum. Prudentius describens scriptum sapientiae, illud ornat liliis, quibus mixtæ sunt rosæ.

*In manibus Domine sceptrum non arte politum,
Sed lignum vivum est, viridi quod stirpe recusum,
Quamvis nullus alat terreni cespitis humor;
Fronde tamen viret incolumi; tum sanguine tintis
Intertexta rosis candentia lilia miscer.*

Cum lilio comparari solet virginitas. I. Ratione decoris: Ut flos est miri splendoris & pulchritudinis, ob albedinem, nitoremque; sic virginitas speciosa est, puritate carnis, & candore animi. II. Ratione odoris: uti flos lili, quando integer & intactus est, redolet suaviter: consitus vero, vel tricarus factet quam maximè; ita hominum caro dum intacta & integra per virginitatem permanet, redolet suaviter in facie Dei & hominum; sed dum per luxuriam confricatur, tam spiritualē, quam corporalem odorem amittit. III. Ratione fulgoris: In lilio aurea quædam grana fulgent, quæ septem hættulis sustentantur, juxta septem candidissima folia: ita septem virtutibus (quæ septem folii respondent) piae virginis ornata sunt: justitia, temperantia, fortitudine, prudenter, fide, spe, charitate: iuxtag; cum ipsis potissimum septem grana aurea; id est, sancti Spiritus dona, seu sacram septenarium, sapientiam, scientiam, intelligentiam, consolationem, pietatem, timorem, constantiam. Ut 1. rosa rubinedem ex Veneris sanguine accepit; sic candorem ex lacte Iunonis lilyum. Calisanus Baifus lib. II. cap. 20. *Ζὺς τὸ Ήρακλεῖα τὸ Ἀλκμήνης γαρνηκας θητει ὄντα, ἀναναίας μελέτης ήσουλιδη ἐργάσασθε, καὶ τουτο τῷ μασθῷ τῆς Ήρας ιγνιεστητης, εἰς τὸν ὄντα σωστούτης: μεταποδεῖ δὲ τὸ βρεφόν τὸ γαλακτόν, απίσημον μὲν τὸ σώμα της θητῆς, ἕρετος οἱ ὄμοις τῷ γαλακτόν, καὶ τὸ παιδίς διαστάντο; εἰς τὸν οὐρανὸν τὸ διαχωνόν, τὸν αὔρεον τὸν γαλακτίον απιεραστο. τοῦ γάρ τὸ διπόρινον, καὶ τὸς βαθειῶν δινούσι, ἀνδρὸν τοῦ καρδιάς, απεστίνη τὸν χρόνον τῷ γαλακτόν. Καὶ Ιππηρ Hercules ex Alcumenā genuiſſer, εſſetque mortalis ea gratia Hercules, immortalitatis partipem facere cupiebat, Εἴ προτερεα ipsum adhuc infantem Iunonis uberibus dormientis admovit. Infans igitur lacte satur, os à papilla admovit; lac tamen nibilominus ubertim fluebat, etiam pueru amoto, Εἴ quicquid ēus in cælo diffusum est, lacteum circumlum, galaxium Græcis appellatum efficit: quod vero in terram dilapsum est, ēusque glebas tinxit, id ipsum florem lilyi produxit, quod similitudine lactis colorē exprimit.*

Ovidius.

Dum puer Alcides divæ vagus ubera ſuxit

Iunonis, dulci preſſa ſopore fuit:

Ambrosiumque alto lac diſtillavit Olympo,

In terras, fuſum lilia pulchra dedit.

Hunc candorem, hanc pulchritudinem cum vidisset Venus, indignata, quod forma & colore rosam emularetur, & superaret, mediis ejus foliis probra indidit; deformem illic rudentis asini clavam, id est genitalia crescere faciens. Nicander in Alexipharmacis.

*Αἴνυσσοδ' αὐτής
Ίεριδα λειρόεντε καρέη, τοτὲ ἀπέσυγχεν αἴφρω
Οὔγενης ἐρδομαίνενος χροῆς ὑπερ, ἐνδέ νυ Θεότοις,
Δεινὺς Βρωμόεντος ἐναλδή πασσε κερύνει,
Κέρους δίκης νεοζεν ξυρῷς ἐν δέ νυ θελψεις,
Ηία κερθίσαν νεοζηλεα, Φυλλάδα τ' ιχνεις.*

*Simul irida sumas,
Lirineumque caput, Dea quod Cytharae perofa,
Deformam quoniam secum contendere vellat,
Illiū in mediis, probro cæſſura perenni,
Impressit foliis pudibunda rudentis aselli.*

Eandem fabulam in Georgicis paulo aliter repetit. Versus citantur ab Athenæo libro 15. sed sunt corruptissimi. Sic vulgo leguntur.

*Σπερματίνεις καλυκες κεφαλήγονοι αὐτελέουσιν
Ἄργυρεις πετάλοισι κρόκῳ μέσοι χροῖαδεῖται,
Ἄ κερνα, λειρα δ' αἴλοι ἐπιφθέγγονται αἰοιδῶν.
Οι δὲ ἀμβροσίης, πολέες δέ γε καρέμ' Αφροδίτης,
Ηρεστος καρέχοις τὸ δέ που ἐπὶ μέσογον ὅνειδος
Οπλον Βρωμήπειο διεκπέλλον πεφάπια.*

Scribe,

*Σπερματίνης καλυκες κεφαλήν γονοὶ αὐτελέουσιν,
Ἄργυρεις πετάλοισι κρόκῳ μέσοι χροῖαδεῖται,
Ἄ κερνα, λειρα δ' αἴλοι ἐπιφθέγγονται αἰοιδῶν,
Οι δὲ ἀμβροσίης, πολέες δέ γε καρέμ' Αφροδίτης,
Ηρεστος καρέχοις τὸ δέ που ἐπὶ μέσογον ὅνειδος
Οπλον Βρωμήπειο διεκπέλλον πεφάπια.*

*In fæcundis calicibus seminis plena capita attollunt.
Argenteis floris foliis, colore in medio tincta,
Lilia; quæ leuria nuncupant alii Poëtæ:
Ambrofiam alii, multi Veneris oblectamentum, turpe
Quoniam divæ color is placuit: at floris medio
Armamentum rudentis asini prominet, quod membrum
Dicitur.*

'Αργειόποιος dixit, quod argentum inter res albissimas numeretur. Propertius Nicandrum æmulatus est, & argentea dixit lilia libr. 4.

*Sæpe tulit blandis argentealilia Nymphis,
Romula, ne faciem laderet hasta Tati.*

Οὐαλον βρομέτησον. Eam, veluti clavam in medio luteorum apicum affusantem, ut cuncte similem alini pudendo innuit.

Dicitur Græcis λειρος & κείριον. Dioscorides lib. 3. cap. 126. Κρονὸς βασιλεὺς τούτου τὸ ἄνθος σεφωνιατίκον εἰσι, καὶ λούριδρον οὐ πάντα λειρον. αὐτὸν οὐ καὶ τὸ χειρισμα καλούντας. οὐ πάντα λειρον, οὐ δὲ συντόνον καλοῦνται. *Lilium regii flos coronarius est, liliū nonnulli vocant, ex eoque paratur unguentum, quod aliqui lirinum, alii susinum appellant.* Sed Homerus πέλεια omnes flores vocavit. Scholia festi Apollonii Rhodii, καὶ δόλου, inquit, πέλεια λειρον λειρον, ubi interpretatur hos pulcherrimos versus.

*Ως δὲ ὅτε λειρον καλὰ τεῖχομέουσι μέλισσα
Πέτρης ἐκχύωμα συμβλήδος, αἱμῷ δὲ λειρών.
Ἐρουσία γάνυται, ταὶ δὲ γυλκῶν ἄλλοι ἄλλοι
Καρπὸν ἀμέροντον τεποτημένα. οὐδὲ ταὶ γε.*

Id est,

Κρόκου δὲ στεφνον φρένας αὔρετο, οὐ γάρ αἰδηλον.

Fragrantem fulvamque comam pueri cape, cuius
Fulget adhuc campus (herbis) Mercurii ille crux,
Pondus ad humanos sensus perpendito prudens.

Ad hos versus Galenus. Οἱ μὲν οὖν αἰθέριαι τίχοι, τὰν κεφαλὴν δηλοῦσι. Ξανθὸς μὲν τῇ χρώσῃ ὄντα, τελεοῦδη ἢ τῇ λιπαντητῇ λύθεται δὲ τὸ κεφαλὸν φθονοὶ τοῖς Εὔρηταις, τυττέται τοῦ Εὔρων λάμπειας βοτίναις. Ιπεδὴ μετεργίσιον καλούμενον Κρέπτον ἀπὸ τοῦ Εὔρων δισκόδιον εἶσι οὐτοὶ οὐτοὶ τετραγονοὶ. Συποστοτῷ αἰδεῖον δίονον τῇ κεφαλῇ, συνέβη μὲν ἀπὸ πολεμίου αὐτίκερον τῷ διαμετάτῳ οἷς τοῦ γῆς ἀποχέντοι, ἐξ αὐτοῦ φύνεται κρόκος. λάμπειας ἡ ἀπὸ τοῦ λύθετο, τυττέται τὸ δέποτε τὸ σφαγεῖτο αἴματα. Άλλο τὸ σιλπον τῆς χρώσης του κρόκου τριφύλλιον ἂν τοῦ βοτίναιος, ἀλλὰ τὸ πολεμίου αἴματος οἱ σίχοις, ιεραῖς λάμπειας τοῖς πολεμίοις πολεμοῖς ἢ αἴδειον τοῦ κρόκου πίνεται τὸ δραχμαῖον τοῦ βελτετοῦ εἰσὶ καὶ οὗτοι εὐθοές, οὗτοι λίτητοι, ἔπει τὸ πολεμόν τοιούτου ιερού. Άλλο τὸ ίέντον. Primi quidem igitur duo versus crocum indicant, ut qui fulvus colore sit, & tenuis ad formam pilorum, cruxrem autem croci fulgere in campus Mercurii dicit. Adolescens enim Crocus appellatus cum Mercurio disco ludens, & incuriosius consistens, illapso in caput ipsius disco, statim mortuus est. Ex sanguine autem ipsius in terram acto crocus natus est. Fulgere autem cruxrem dixit, hoc est sanguinem jam occisi, propter coloris croci splendorem: Scribitur autem non solum herbis, sed & campus in versu hoc modo, Fulget adhuc herbis Mercurii ille crux. Ceterum pondus croci drachmas 5. esse vult cum ad humanos sensus perpendere jussit, qui quinque numero existunt. Quod verò drachmas quinque velit, & neque obulos, neque libras aliud quicquam tale per consequentia commonistrat. Κρόκος ex sententia Scholastis Callimachi dicitur, τῷ οὐρανῷ εἰς τὸν κρόκον δάσθειν. Ex eo quod in frigore floreat. Plinius libro vigesimo uno, capite sexto, bruma crocus viret. Vel κρόκος dicitur, quasi κρόκος, vel κρόκον, id est, trama, filum, villum, seu subtegmen: id quod stamini inseritur, intexitur; cujusmodi sunt croci stamina, seu villi, qui κροκίδες appellantur: qui cum soli in usum veniant, per excellentiam croci nomine donantur; plerumque terni, nonnunquam plures in medio floris conspicuntur. Poëtæ hac de causa crocum ξενότερα vocarunt. Glossa medicæ ξενότερα, τὸν κρόκον. Filamenta hæc, sive stamina Geoponikæ, auctor κλαχίνας vocat, libro undecimo, capite vigesimo septimo. Αἰθολογίας οὐκ, οὐτε διχρόνης, οὐ μίστη τοῦ ἀνθεούς εἰλαριῶν τοῦ κλαχίνων, & Διγχρόνων ημέρων τοῦτο οὐτούτος. Flos colligitur ubi bonum colore indeptus fuerit, cuspidibus ex medio floris extractis ad triduum, aut quatriderum perfrigeratis. Latini spicas vocant lutea hæc fila, quæ de medio floris surgunt, quasi quidam mucrones, aut cuspides, quæ tanquam in spica aristæ, ita & ipsa faciunt, ut crocus spica vocetur. Propertius, lib. 4. Eclog. 31.

Ovidius.

Terque lavet nostras spica Cilissa comas.
Et sonet accensis spica Cilissa focis.

Doctiorum super hos versus non eadem sententia. Quidam nardum spicam Cilissam contendunt, nonnulli crocum exponunt. Nec nardus Indica, nec Celtica in Cilicia nascitur. Neutra ergo spica Cilissa. Si ex nardorum genere est spica Cilissa, montana sit oportet. Sed hæc uti, & reliqua nardi genera, sacrificiis, unguentisque raro admodum addebat. Dico raro, quod apud Galenum libro primo Στόντον capite quinto legatur, Καὶ οὐ πλεότεροι σκαλάζειν, οὐβαλτεῖν τάκινον, τῆς τοῦ γυδικοῦ καὶ τῆς Κελπίκος, καὶ τῆς ἐργίας τῆς γῆς ἐργασίας, οὐβαλτεῖν. Εἰ μαλαβάθεν, Εἰ φύλον μαλαβάθεν, καὶ αἰματος. Hæc corrumpita nemo non videt: alterutram vocem μαλαβάθεν superfluam negari non potest. Et si pro divitibus paraveris spicam nardi Indicam, Celticamque, & montanam injicies, & terram eretryada. Addes etiam foliorum malabatri, amomi. Raro ergo nardus, nec nisi pro divitibus unguentis addebat. Insuper non intellexisse nardum montanam Poëram, ex eo probatur, quod illa nec spicam habeat, nec spicæ quid simile ferat. Novi apud Meleagrum in corona Pancarpia legi.

Nai μὴν Εὐελπίνη στεφνοντείχα Θυήκατο νάρδον
Τυνοθέτεν Εὔρων δῶρον αἰδομενον.

Montanam nardum non intelligit Poeta in Syriâ pro-

venientem, sed Indicam; quæ teste Dioscoride libro primo, capite septimo, Syriaca vocatur, Η δὲ Συντακή ὅντες ἐν τῷ Συντάκτῳ οὐδὲ οὐ τοὺς οὐρανούς τοῦ οὐρανού τοῦ οὐρανού τοῦ οὐρανού. Locus hic exponit libro nono, capite septimo, ubi aromatum historiam tractat Theophrastus. Nardus, ut dixi, montana spica omni caret. De nardo ergo montana non agit Poëta. Vir summus croci bulbos spicam Cilissam esse scribit. Fallitur: croci enim bulbis, nec odor, nec suaveolentia ulla, Ovidius lib. de Faftis.

Cernis odoratis ut luceat ignibus æther,
Et sonat accensiō spica Cilissafoco.

Faustus.

Nunc ubi sunt spicam redolentia membra Cilissam.

Malè ergo vir summus spicam Cilissam croci bulbum tradit. Spica Cilissa quidem crocus est, sed stamna illa intelligunt poëtæ, quæ in usum reponuntur. Spicas has appellarent, quod in multis quasi capillos, & aristas, spicæ more, incisa sunt. Atqui stamna illa, vel spica igni injecta factent. Fateor; sed poëta unguentum ex staminibus crocinis confectionem intelligit, non ipsas spicas, stamnaque. Unguentum crocium igni injectum, quam suavissime spirat. Unguentum intelligere poëtam ex eo probatur, quod spicam Cilissam sonum emittere scribat. Olea unguentaque in flamas injecta, aut infusa, sonant stridentque. Objiciet quis, crocum non regete, incommodèq; capitibus lotionibus, aut linimentis addi deliciarum gratia; quod Galenus lib. ΙΙ. Στόντον cap. I. in hieram picram, medicamentum purgando stomacho utile, crocum moderatè injiciendum moneat; ejus enim usu nimio caput laedi, illudque ipsum non raro ex solo croci odore accidere. Afferit idem, crocum mentem turbare. Καὶ μὲν τοῦτο δὲ οὐτούτοις οὐτούτοις τὸν κρόκον, Άλλο τὸ πατέστητον τὸν κεφαλὴν, οπεὶ καὶ Άλλο τῆς σομῆς μόνον τὴν κρόκον πατέσθητον πολλάκις. Quanquam multa ad hunc locum dici possint, unum tamen tantum respondebo. Nam ex loco citato non sequitur usum croci plurimum non fuisse, & à delicatissimi odoris, suaveolentiæq; gratia non usurpatum. Contrarium ex multis probatur auctoriis. Propertius lib. 3. Eleg. 8.

Sit mensæ ratio, moxque inter pocula currat,
Et crocino nares murreus ungat onyx.

Annotatum est à Plutarcho; Isocratem, qui pronus eset in Venerem, κερκός Διγχρόνων ήταν τὸ περιστοιχόλιον. Habe-re pulvinar croco madens. Stepfiades ille apud Aristophanem describens habitum, & mores uxoris suæ deliciatæ, numerat crocum inter ea, quæ serviūt luxui. Η δὲ οὐ μένον, κρόκον, καλλιτελεῖται (οὐτοί) Η ετούτος (οὐτοί) unguentum, crocum, oscula. Quæ, ut illuc ait, fiunt columbam. Tam gratus, tam acceptus apud veteres croci fuit odor, ut tota theatra croco fluerent, quod spartio & κροκός dicebatur.

Lucretius:

Et cum scena croco Cilici perfusa recens est.

Propertius de priscis Romanorum moribus.

Nec sinuosa cavo pendebant vela theatro,

Pulpita solennes non oluere crocos.

Solennes, id est, spargi solitos. Plinius lib. 21. cap. 6. Tri-tumque ad theatrave rependa. Spartianus in Hadriano: In honorem Trajanī balsama & crocum per gradus theatris fluere jussit. Tradit Suetonius cap. 25. incidenti Nero-ni passim Romæ victimas cæsas, sparso per vias identidem croco. Quem morem esse vetustissimum, discimus ex loco Tryphiodori, ubi mulieres Trojanæ terram perfundunt vino odorato; nempe quod est mixtum croco.

Tryphiod. 20.

Αἱ δὲ Γαλασίης Πτυμάτια νήματα μάργη
Λυσίμεναι, κλωστοῖσιν αἵτινες φον ἀνθεστοι τεττον,
Καὶ τὶς ἀπειρεσίοις πίθου κρήδεμον ἀνεῖσθαι,
Χρυσεῖοις περιχέονται κρόκω κεκεραμένον οἴνον,
Γαῖας ἀνεκήσασε χυτὴν δύωδει πηλῷ.

Alic verò mammillaria fila transmarinæ mitrae
Solventes, connexis floribus undique coronabant e-
quum.
Et aliqua resolvens vittam immensi dolii,
Profundens vinum mistum aureo croco,
Perfudit terram liquidam odorato vino.

Pro

Pro iudeis πλάνη legendum videtur, iudei ὄντες. De croci sparsione intelligendum Martialis carmen in lib. de spectaculis, Epigram. 3.

Festinavit Arabs, festinavere Sabae,
Et Cilices nimbus hic maduere suis.

Lilium, Coryciumque, crocum optimum, croco vina mixta theatra, ut Plinius ait, replebant. Spargitur quoque crocus in lecto nuptiali. Martianus Capella,

Conscia jam Veneris nova ferta parate Napææ,
Crocumque lecto spargite.

Fateendum tamen, minus luxuriosis, ac delicatulis gratius fuisse crocinum unguentum, quod ceram magis, quam crocum saperet. Cicero lib. 3. de Oratore. *Licet hoc videre in reliquis sensibus, unguentis minus diu nos delectari, summa & acerrima suavitate conditis, quam his moderatis, & magis laudari quod ceram, quam quod crocum oleo videatur.* Ex hoc Ciceronis loco doctissimus Salmasius Plinium emendar, apud quem pro cera, terra legitur, libro 13. cap. 3. ubi ait. *In Marci Ciceronis monumentis inventur, unguenta gratiiora esse, quæ terram, quam quæ crocum sariant: quando etiam corruptissimo in genere, magis tamen juvat quedam ipsius vittæ severitas.* Nemo tam stupidus est, tamque iners, quin sciat, unguentis ceram, non terram addi. Gratius ergo unguentum, quod ceram magis quam crocum olebar, quod croci odoris suavitas acerrima, & summa. Malebant temperatores crocinum unguentum, quod plus ceram, quam crocum spirabat, variis de caulis, ac quidem imprimis; quod odor croci nimius caput laedat, mentem turbet, spiritus dissipet; cum crocinum unguentum, cui plusculum ceræ additum, capit medetur, mentem sedet & alacrem reddit, spiritus refocillat. Et hæ quidem causæ, cur Galenus croci usum nimium prohibeat. Sed hæ delicatores, molles, effeminati nihil morabantur. Recte Cicero præstantiora dixit unguenta, in quibus plus ceræ, quam croci esset. Sed de crocino solo hoc pronuntiat Cicero, cuius apud Græcos Romanosque usus plurimus & nimius, & ad luxum & delicias magis, quam medelas. Athenæus libro 5. ubi Ptolomæi Philadelphi pompam describit. Πέντε μὲν τοις αὐτοῖς σὸν τὸν γυμνασίον πάντας εἰς χρυσούν ὀλκεῖσιν ἀλειφόντων προκίνητοι μέρος. Primitis quinque postea diebus omnes in Gymnasio ex aureis arculis unguento crocino illiti sunt. Idem libro 1. ubi de Archilochi loquitur: εἰς χρυσούν ὀλκεῖσιν ἀλειφει κρεπίνω, καὶ πιπιμωμένω, καὶ ταρδίῳ, καὶ κεριώ. Croci ergo usus plurimus, & male vir summus crocinum minus suave ait, & medicinæ tantum utile. Immo verò crocino nihil suavius, nihil odoratus, nec usus ejus tam ad medelas, quam ad luxus & delicias. Crocinum unguentum non uno siebat modo. Vide Dioscoridem libro 1. ubi optimum ait. Εἴ τοι δὲ αὐτὸν κρέπινον, τὸ παρακόσιον κρέπου πέντε, ὅπερ εἰς τὴν ισχεῖν χρήσιν ἀργεῖται, δέσπογε δὲ τὸ τῆς σμύρης παρεμφέσθω. (Lege ex Veteri codice, τὸ τῆς σμύρης παρεμφέσθω. ut cap. de cinamomo, metopo, telmo, .) Est porro præstantissimum, quod abundè crocum spirat, estque id usui medicinæ aptum: proximum vero quod myrram redolet. Tertium genus siebat, ut Dioscorides docet, σὺν κηρῷ, καὶ κερκῷ, καὶ μύλῳ, καὶ ἀλαιμωπλασίᾳ. Cum cera, croco, medulla, & oleo duplo. Cicero præceteris laudat & præfert, quod plus ceræ quam croci continet, non ulla severitate aut luxuriæ odio, ut vult Plinius, sed solis sensibus magistris. Ea enim reliquis præstare dicebat, quæ moderatae essent suavitatis; quæ verò acerrimæ ac meracæ, ob causas jam allatas repudiabat. Sunt verò maximè temperata unguenta, minusque acria, quibus plurimum ceræ admixtum est. Sed de hac questione satis. Spica ergo Ciliæ est crocus, five stamina croci. De croco Ciliæ plura infra. Inter coronarias plantas crocum recenser Theophrastus; quod aspectu pulchrum sit, & odore præstans. Accedit alia causa, quod crapulam arceat. Plinius lib. 21. cap. 20. Qui crocum prius biberint, crapulam non sentiunt. Ebrietati eo resistunt, corone quoque ex eo multe ebrietatem. Hoc si verum, cur eodem hoc libro capite 4. ait de croco, *usus ejus in coronis nusquam*? Dioscorides libro primo, capite vigesimo quinto, Παρέκει σ' χρυσαν καὶ αργάματος εἰς τοῦ γλυκοῦ πόνον. Elegantem colorem præstat, crapulanque arcit ex passo bibitus. An id præstat, quod vapores è ventriculo cohibeat ascendere ad cerebrum? An quod passum acridinem ficitatemque halituum temperet? An quod vi-

ni vapores discutiat? Ceterè non levem vim discentiendi habet. Sed hæc contra Serapionem, qui crocum non arcere, sed efficere ebrietatem, auctor est. *Crocus, inquit, inebriat inebriatione forti, quando ponitur in vino, & letificat adeò, donec faciat infaniam excellenti latitudinam.* Dicendum; medicamenta pro diverso assumendi modo, alias atque alias virtutes obtinere. Cicuta si cum vino sumatur, præsentaneum est venenum; si superbibatur vinum cicutæ veneno resistit. Sic crocus si præsumatur, vapores ascendentes discutit, eosque ad cerebrum pervenire prohibet; si verò cum ipso vino bibatur, cerebrum & cor nimium exhilarat, ebrietatem promovet, vim in actum dicit. Scribunt nonnulli, huic flori inesse naturalem facultatem adversus crocodilum, eosque qui in Ægypto mel colligunt, ne edatur à crocodilis, obsecere eis crocum; eoque conspecto fugere ipsos. Phavorinus, Κροκόδειλος, τὸ δέλτας καὶ τὸ κερκόπιτες καρπούλειλος. καὶ γὰρ ὁ καρπούλειλος φοβεῖται τὴν κερκόν, ὁ γάρ δὲ μαλιτηρεῖται, ποδὸς διεγένεται τοῦτο τὸν τὸν πατητικόν, οἷον κροκόν, ἐπειδὴ δέ τοις φέρεται. Ego a croco crocodilum non plus fugere puto, quam à nasturtio canem. Videamus quæ Theophrastus, quæ Dioscorides & Plinius de croco tradiderint. Theophrastus crocum optimè delineat; quod non facit Dioscorides, sed quod crocum præstantius, docet: quæ libro primo, capite nono & undecimo examinavimus. Ea quæ libro septimo aliisque locis tradit, suis locis pondrabimus. Quæ cap. hoc sexto proponit, ea modò hic explicabimus, & illustrabimus. *Crocum, inquit, natura herbareum, folium angustum.* Idem repetit lib. 7. cap. 11. ubi postquam scripsit Narcissum folio angusto, addit, croco angustius esse. Eodem libro cap. 7. tragopogum folia croci habere ait longiora. Non male fecisset, si addidisset, & angustiora esse croci, latiora tragopogi. De croci foliis hæc Plinius, lib. 21. cap. 6. *Vsus ejus in coronis nusquam.* Herba enim est folio angusto, penè in capillamenti modum. Sed vino mirè congruit, præcipue dulci, tritum ad Theatra implenda. Οὐψαζεῖ σφόδρα. Idem Plinius, *Floret Vergiliarum occasu paucis diebus, folioque florem expellit.* Viret bruma & colligitur. Siccatur in umbra, melius etiam hyberna. Idem Calsianus Bassus. Τὸ δὲ αὔτοντος αὐτονομοῦ τὸ φύλλον. Florem emitit ante folium. Quod ipsa autopisia probatur. Objicit quis quosdam crocos primo vere cum leucoio florere, Martio Aprilique mensibus. Responsio facilis; crocos illos esse sylvestres, quique crocum five filamenta, staminave odorata non ferunt, ideoque pseudocrocos bastært Hafferaen à Belgis vocari. Verus autem crocus ante folia, florem edit autumno, post equinotium, cui statim subsequuntur folia, tortaque hyeme vident, æstate nullibi, magno naturæ miraculo, conspicua. Flos hic pulcher, colore cœruleo, Colchici flori similis, sed majori saturâ purpura nitet; in singulo flore stamina terna, quaternaque colore flammeo subrubentia, odore, cum inaruerint, fortis, & caput implente, quæ cæteris partibus præferuntur, crocique propriè nomen obtinent. Siccatur tradit in umbra Plinius. Idem Cassianus Bassus. Διοφάνης δὲ φησι ὅτι τὸ τὸν κρέπην εἰς σκιὰ καὶ φύγει. Diophanes in umbra crocum siccandum esse tradit. Idem qua ratione colligi debeat, docet. Αἰθαλογένεται δὲ, οὐταν ινχρόνη, εἰς μίστην τοῦ ἀλκερίων τὸν κλωνίων, καὶ Δελφούς κοινῶν ημέρας γ' ἡ δὲ παραθετεῖται τοῦ τὸ ἀλειφεροῦ, καὶ τὸ λαζαρῖνον ἀφειρεῖται, εἰς συνθέτην τοῦ ἀλειφεροῦ τὸν δύραριν πιπλημάτων. Flos colligitur ubi bonum colorem adeptus fuerit, cuspidibus ex medio floris extractis, & ad triduum perfrigeratis ac siccatis (verte ad tridum siccatis) deinde summa ejus pars purgatur, & album quidem admittit, componitur in vasis quantum fieri potest obturaris. Radicem multam πολλὰ & carnosam & vivacem, inquit. Idem docuit lib. 1. cap. 9. & 11. Plinius loco citato. carnoſa & illi radix, vivaciorque, quam cæteris. πολλὰ neglexit, cum constet copiosam habere radicem crocum. Καὶ γινεται γοδίων κατερπουίνης τὸ τὸν εἶται. Plinius, gaudet calcari & atteri, pereundoque melius provenit. Antiquus noster codex: gaudet calcari & atteri pede: pereundoque melius provenit. M. S. codex: atteri pedoque, quo melius. Corrigunt atteri pede, quo melius. Scribe, ut in antiquo nostro: atteri pede: pereundoque melius provenit. An planta pereundo melior redditur? Ita. Ratio est, quod foliis (non enim ipsam radicem vult perire Plinius, sed folia) attritu & calcatu corruptis ac necatis, totum alimentum in radice retineatur; quæ anno sequenti, idcirco plenior, plures, meliores, & præstantiores flores edit. Radix præterea alimento turgida, quod in foliis exhaustum non est, diutius, lætiusque vivet, & tardius flaccescit. Theophrasti codex corruptus Non video,

video, qua ratione atteri calcarique inferius possit radix, humo tecta. Recte doctissimi Robertus Constantinus, & Turnebus corrigunt, *ρωνετη βόμης η πάτη της πίζης.* Gaudet calcari pedibus, radiceque pede attrita melius provenit. Non ipsa radix atteritur, sed folia, & humus, cui subest radix. *Διὸς καὶ τοῦτο μὲν ὁδός, καὶ τοῦτο κεγνήτης.* Idem quos modò nominavi Clariissimi Litteratores ac Medici asserunt, auctoritate Plinii, Theophrastum *καὶ κεγνοῦς* pro *καὶ κεγνητοῖς* scripsisse. Falluntur: illud enim *καὶ κεγνοῦς in fontibus;* aliud *juxta fontes.* In fontibus aquaticæ proveniunt herbæ, ranæ morsus, lens palustris, potamogiton, & similes. Quod Theophrastus dixit *καὶ κεγνητοῖς*, eleganter, & subtiliter reddit Plinius: *Ideo juxta semitas & fontes letissimum. Iuxta fontes vertit, quod circa fontes καὶ κεγνητοῖς sunt, & ποσινοῖς, & trita pedibus euntium ad fontes & inde aquantium. Semitas pedibus euntium ac redeuntium tritæ sunt: sic loca circa fontes retardantum, & manentium, quod propriè est καὶ κεγνητοῖς, loca que pedibus saltantum pulsantur: atque ita indurescant, ut volgiolis & cylindris complanata esse videantur.* Theophrasti itaque locum sic verte: *Ideoque juxta semitas, aliaque loca pedibus trita comitantur, pulcherrimum exit.* Hodie rustici diligentius crocum colunt, nec patiuntur in hujusmodi locis nasci. Capite sequenti croci plura agnoscit genera, ac ait, crocum esse sativum & montanum, & id quidem odoris expers. Recentiores, ut infra dicam, plura observarunt genera. Et haec quæ de croco Theophrastus, & ex eo Plinius. Ad Dioscoridem venio, qui has de præstantissimo croco tradit notas lib. I.c. 25. *Κέρας οὐ κέρπης* (in veteri codice non legitur *κέρπης*, sed deinceps habetur, *χέρτημα οὐ οὐ κέρπης φατεται*) *in αἰτησικῇ ζητοῖς οὐ Καρύκειῳ*, *αφεσφατές τε καὶ οὐ κέρπης: οὐ λίγος τὸ λαβυρίον ἐπι τῆς ἔλικος, ἐπικακκήν οὐ λαμπελάς, ἀθέρασος* (Ald. *οὐ θέρασος*) *αἴλιπτης, βάπτων οὐ δίστητος καὶ κέρπης,* (*vetus τείχος*, vide quæ infra dicuntur) *οὐκ οὐρανοῦ οὐ ικαλῶν, οὐ πακτύος* (*vetus caret*) *οὐ οὐ τὴν οὐτικὴν οὐ ιστόριμον: οὐ οὐρανοῦ οὐ παλαιός* (Paris. *ορθός*) *οὐ οὐ θεραπευτικός.* Crocum usū medico præstantissimum est *Corycium*, recens ac probè coloratum, paulum candidi gerens in capreolo, oblongum, suis partibus omnibus constans, minimè fragile, aut pingue, plenum, cuius dilutum manus inficit, non cariosum aut humidum, odore illiciens ac leviter acre. Nam quod tale non est, aut vetustum est, aut maceratum. *Corycium crocum* *Martialis lib. I. epigram. 9.*

Lassa (vel potius *lapsa*) *quod hesterni spirante oportobalsamam Drauci*

Vltima quod Coryco quæ cadit aura croco.

Castigandum hunc locum censuit noster Petrus Scrivenerius, superioribusque annis excudendum jussit, *ultima quod curvo*, idque ex fide membranarum, & conatus est, præ vulgata lectione erudito lectori commendare, *τὸ quod*. Nunc mavult, *quod Corico*, quām *quod curvo*. Idem Martialis lib. 3. Epigram. 65.

*Quid spirat tenera malum mordente puellâ,
Quod de Corycio quæ venit aura croco.*

Plinius loco citato, *Sed nec ubiq: facundum, etiam Cyrenis, ubi semper flores laudatissimi. Prima nobilitas Cilicio, & ibi in Coryco monte.* Quod de Cyrenensi croco scribit, infra examinabo. Supra cap. de rosa diximus, crocum Cyrenense excellere. Hoc si verum, quomodo prima nobilitas Cilicio debetur, & in Coryco monte. Præstat Cyrenense ad tingenda, imbuendaque ligna, thyina, aliasque res, præstat & aliis usibus. At verò excellit in medio usu Corycium, & quidem, ut Plinius ait, quod in montibus provenit. Duo sunt genera Coryci croci; alterum in montibus provenit, alterum in specubus, ut Galenus & alii docēt. Quod in specubus, ut infra dicam, provenit, magis vegetum, ideoque ad alias usus, ut & Cyrenaicum præstantius, contra medicinæ haud commodum. Quare Plinius recte, & *quod in Corycio monte*, dixit. Optimum crocum, Dioscorides *καὶ κεγνοῦς* ait, bono ac pulchro esse colore. *Κέρας* Marcellus interpretatur, quod coloris sui bonitate rubet. Fortassis, quod apud Galenum legatur lib. I. de Antidotis cap. 14. *αφελητος δ' οὐ καὶ καρύκειος οὐ, απετραπεδούντος οὐ άετος Εγένετο πάτηος τούτου οὐ πατητος οὐ πατητος.* Perspicuum est optimum crocum *καρύκειον* esse, & plurimum redolens, quodque longo tempore utraque *haec servari* potest. Interpres *καρύκειον*, summè flavum interpretatur; qualis croci non est color, nisi fortè quis velit ejus dilutum manus luteo flavoq; infiere colore. Sed de tinctura non agit Galenus, nec *καρύκειον* apud Botanicos *flavum* significat. Dioscorides lib. I. cap. 5. *nardum καρύκειον* ait. Quis verò Neotericorum flavum vidit nardum. Ruffa est, qualis ferè croci fila. Idem carpopalsamum lib. I. cap. 18. *καρύκειον* re-

fert. Alpinus oculatus testis carpopalsamum rufescere inquit. Quod ipsa probat autopfia, & ex ipso probatur Theophrasto, cum lib. 9. cap. 6. balsami fructum magnitudine, figura, colore, terebinthi fructui similem facit. Terebinthi fructus, ut ipse lib. 3. cap. 15. tradit *ιερόβρες*, Idem Dioscorides lib. I. cap. 72. *Ιτυρακεν* optimum *ξανθόν*, docet. Plinius libro 12. cap. 25. *ruffum* interpretatus est. Ruffus color flavo obscurior, qualem fere in bobus videmus. *Δέ ο ποταμός ξανθός οὐ ο ποταμός.* Hesychius, *ξανθὸν ποταμόν.* Supra dixi, crocum, *ξανθότερη* vocari. Poetæ Latini *ruba* fita exponunt. Ovidius lib. I. fastorum.

Nec fuerant rubri cognita filia croci.

Alibi ipsum crocum rubrum ait.

Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.

Virgilius.

Claudia
nus.

*Nec glauca calices, casiamque, crocumque rubentem.
Et Tyrio dignum terga rubere croco.*

Lucan.lib. 9.

*Utque solet pariter totis effundere signis
Corycis pressura croci; sic omnia membra
E misero simul rutulum pro sanguine virus,*

Non male itaque Marcellus *κέρπην* reddidit, qui coloris sui bonitate *οὐ πατητος οὐ λαβυρίον ίχει οὐ της εἰλιγος.* Capreoli sunt claviculi intorti in vitibus, & veluti quidam Cinni, in teneoribus pampinis apparentes, quibus vitis veluti manibus quibusdam adminicula complectitur. Croci capreolos vocat, quorum usus est in re medica. Hi nō vere, capreoli, sed eorum formam aliquo modo imitantur. Optimum *Corycium* crocum Dioscorides paulum candidi habere scribit. Plinius novum genus à *Corycio* diversum formavit, atque loco citato, *Εστι per se genus sativi blandissimum vulgo, cum sit medio candidum, dialeucon vocant.* Scribe ex antiquo nostro codice. *Εστι per se genus sativi blandissimum vulgo, cum sit mediocre: dialeucon vocant.* (Ita lege, codex habet, *Deliacon* vocat.) Ait genus illud sativi blandissimum vulgo esse, cum tantum sit mediocre, id est, de optimis non sit. Cur dialeucon appelletur non tradit. Notum id ex vocabulo. Docet tamenunde nomen illud acceperit, cum ait. *Contra Cyrenaico, vitium, quod omni croco nigritus.* Ergo ab albedine, quod majore albo distinctus sit. Dioscorides tamen optimum ait, quod paulum candidi in capreolo gerit. *Ανθρωπων* ita apud Oribasium & *Ætium* legitur. In Aldino tamen legitur sensu plane contrario, *ινθρωπων.* Quam lectionem probare videatur Plinius. *Probatio*, inquit, *σίνερι, σίνερι οὐ ιμπόσια μανου crepat, veluti fragile: humidum enim quod evenit adulteratione, cedit.* Ita vulgati codices habent: in antiquo nostro legitur, *Probatio sinceri imposita manu crepat veluti fragile: humidum enim quod evenit adulteratione cedit.* In altero exemplari, ut notat Clariss. Salmasius scriptum est, *crepit & sedit.* doctiss. Turnebus corrigit; *humidum enim, quod evenit adulteratione, filet*, ut verbo, inquit, *crepat opponatur.* Et si enim quæ cedunt, non sonat, nec crepat: tamen si lèt aptius aliquanto videtur. Corrigunt alii: *humidū enim quod evenit adulteratione sedit.* Sincerum, ajunt, crocum quod est *ινθρωπων*, si imposta manu prematur, statim crepitat veluti fragile & rumpitur. Quod humidum est ex adulteratione, manu pressum subsidit nec crepitat, velut fragile. Non vult Plinius, crocum fragile esse, & facile rumpi, sed crepare tanquam fragile esset, sic glacies crepat quidem, non tamen frangitur. Contra omnium probatissimorum scriptorum auctoritatem scriberet Plinius, si vellet crocū fragile esse, ac facile rumpi. Lege Galenum, *Ætium*, Oribasium, omnes habent *ινθρωπων.* Ait ergo Plinius, sincerum crocum crepare: non aliter ac si fragile esset. Quod hodie etiam in optimo observatur croco, nec adulteratum subsidet, sed filet, sonumque nullum emitit. Recte ergo Turnebus pro *sedit*, vel *sedit*, ut in antiquis codicibus, *filet* reposuit. Cæterum, ut utrique sententiae satisfaciam, dico *ινθρωπων* esse crocum, dum adhuc floridum, & naturali humore uividum est. *ινθρωπων* vero cum exsiccatum est. Tum enim (res nota satis pharmacopeis) & facile comminui, & in pulverem redi potest, cum uividum naturali humore minimè sit friabile sed tenax. Sequitur, *αλιτης, minime pingue.* In Parisiensi codice scribuntur, *ανθρωπης, cui nihil deest, perfectum.* Aldin. codex habet *ανθρηπης*: quomodo & Marcelli codex; sed legit idem *αλιτης*. Vertit enim *squalidum & fine unguine.* Apud Oribasium collect. lib. II. *ανθρηπης* reperitur, interpres vertit, *non mancum.* Synop. verò lib. II. cap. 54. *αλιτης*. Quam lectionem secutus est. *Ætius lib. II. οὐλομερης, οὐτε* φ.

φῶν, τιλίρης, ὁ θεραπευτής, αἴλιπτος. Parisiensis codicis lectionem alii probant, alii improbant. Qui probant, suam stabilunt opinionem hoc argumento. Quod pulchre cum sequenti attributo, τιλίρης convenient, ut sit τιλίρης, id est, plenus. Vult enim Dioscorides, florem seu comam & ipsum crocum suum implere scaphum, ut nihil desit, sed plena sit, & velut per totum scaphum densa croci coma, ut sit τιλίρης, yeluti interpretatio præcedētis ἀντιτίτης, λέξεως. Hanc qui rejiciunt, hoc utuntur argumento, quod ἀντιτίτης & ὄλοφελλης, vel, ut apud Ἀετium, ὄλοφελλης, idem significant. Alterutrum ergo, inquit, abundat. Quare, ex altero Oribasii loco, & Ἀετίος αἰτίας legunt. Huic lectioni refragatur Plinius, qui ἀντιτίτης vel ἀντιτίτης legible videtur. Nam ait, optimum ubique quod pinguissimum, at brevibus capillis, pessimum vero quod sicut redolent. Respondeo, apud Plinum pingue accipi pro læto, crasso & vegeto. βάπτων διὸ τὰς χεῖρας, in diluto manus insufficiens. Vox διπλη, madefactio, transcolatio, perfusio non pertinet ad manus. Pro διπλοῦ scribe ex Oribasio 2. synop. & Ἀετίος πιστὸς atritu digitos facile tingens. Hanc probat lectionem Ifidorus, cum scribit; Εἰ cum carpitur manus tingens. Verbum μίγεν sumpfit, ut vulgo tum in Graecia sumebatur, pro carpere vel capere. Ut etiam Aetor. cap. 3. vers. 7. & cap. 12. ver. 4. accipi debet. Sed parum interest, utro sensu exponatur. Nam & dum teritur & carpitur, manus inticit. Facile teritur, si, ut Ἀετius & Oribasius scribunt, in sole contineatur, aut in fictili novo sicetur. Πέρι τὸν ινδικὸν εἶναι, δέ τις οὐτε τῷ ψύχειν τῷ ὄράκῳ κατεῖ. Laudat crocum Dioscorides non cariosum aut humidum. Adulteratum enim hoc, vel corruptum. Probat denique illud crocum quod odore illiciens & leviter acre est. Plinius, humidum enim, quod evenit adulteratione sicut. Altera probatio, si manu prolata ad ora, leniter faciem oculosque mordeat. Dioscorides odore hoc vult præstare crocum. Sed nihil impedit, utrumq; præstar. De croci odore vide lib. 4. de cauf. cap. 22. Atque hæc de priori croco. Δοτερεύει δὲ οὐτε τοῖς αὐτοῖς Λυκίας Καρυκίου, οὐδὲ τῷ Λυκίανοι Ολύμπου. Non parum negotii doctissimis quibusdam viris hic fecit locus, aliter atq; aliter aliis legentibus ac interpretantibus. Nōnulli vertunt, Secundus locus datur Corycio ē tractu Lyciae cōtermino. Quasi scriptū esset, οὐ τοῦ αὐτοῦ Λυκίας Καρυκοῦ. Negant alii ex sententia Strabonis l. 14. ejusque nominis & littus & oppidulum in Lycia esse, sed ipsi τοῖς αὐτοῖς Λυκίας supplētibus χρόνος aliter vertere visum fuit, quasi (quod est vero similius) voluerit auctor, secundum à Corycio prius commemorato locum obtinere, qui ē tractu Lyciae contermino devehitur. Placet doctissimi Salmasii conjectura, διπλεῖν εἶ τὸν αὐτὸν Σελινίαν Καρυκίου. Nihil proprius videtur. Primum dat croco Corycio, ex monte scilicet Coryco. Nam ιδιογρ. Καρυκίου, δοτερεύει Καρυκοῦ. Secundas tenet, καρυκος εἰ τοῖς αὐτοῖς Σελινίαν Καρυκίου, subintellige καρυκός. Coryciam intelligit vallem, vel antrum Corycium. Hæc vallis haud longe à Seleucia Trachea, quæ ad Calycadnum amnem sita est. Corycos mons ad mare: at Corycia vallis viginti supra eam stadii introrsum à mari recedit, & Seleuciam accedit, Ptolomaeus in ora maritima ordine recenset, καλυκάρην ποταμοῦ ἐνθόλας, Ζεφύειον ἄκρην, Κάρυκον. In Mediteraneo ad Calycadnum posita Seleucia, cui vicina est Corycia, vallis duobus millibus, & quingentis passibus à mari distans. Stephanus tamen Grammaticus Καρυκίου antrum prope oppidum Corycon collocat. Καρυκος πόλις Κιλικίου, παρὰ τῷ Καρυκίου ἀνατολικῷ νυμφῷ. Salmasius Stephanum antrum & montem Cilicia Corycum confundere scribit. Huic rei non insistam. Strabo lib. 14. ubi antrum hoc describit, dicit esse 20 stadia supra Corycum promontorium. Μετὰ δὲ τὸν Καρυκίου ή Ποικίλην λεγομένην περα, καλυκάρην Ιχνον λατομεῖτην, ἵπι Σελινίκειον ἀπεστα. Εἰτε αἰτερεῖσιον ἄκρη, ὅμιτος τῷ αετοτέρῳ τῷ Καρυκίου βῆσσος, καὶ Κάρυκος ἄκρη, οὐδὲ τὸ σύνηπτον στενόν ιστι τὸ καρυκίου αὔτρον, οὐδὲ αὐτὸς οὐκοντος φύτευται. Εἰδί καὶ λαὸς μετόπιν κυκλοτερῆς, ἐχοντος πλευραῖς ὑψηλοῖς πτεράδι, παντοχότερον ἴκενος ὑψηλόν προτείνειν οὐδὲ τὸ πολὺ περισσότερον μετόπιν οὐδὲ τὸ ημινόδους ὑπέν, αἰνιδεῖς τῇ ημέρᾳ. παρέσπεται δὲ τὸ ημέρᾳ τῷ φίεσθαι τὸν κεράκον. Scribe τὴν κεράκον, vel lege supra ἡ ὁ ἀριστος κεράκος. In fœminino genere κεράκος apud alium, quod sciam, non repertitur, quam apud Strabonem. Post Calycandum est petra Poecile, id est varia, dicta, cui incisi sunt gradus, qua itur Seleuciam. Deinde Anemurium, ejusdem cum priore nominis promontorium supra quod ad 20 stadia antrum est Corycium, in quo optimus crocus nascitur. Est autem caverna ingens, rotunda, saxosa, cincta supercilio undiquaque satis alto, in quam ubi descendens, solum est inæquale. Saxosum verdum, plenum virgultis semper virentibus, ac domesticis. Iuxta consita sunt quæ solum crocum ferunt. Vides antrum illud prope Seleuciam esse. Certè ergo, διπλεῖν αὐτοῖς τὴν Σελινίαν

καὶ τὸν Καρύκειον. Nullum in Lycia vel propè eandem Corycium. Corycium antrum longè à Lycia. Item Corycus mons. Straboni facile ignosci potest, qui dixit optimum in antro jam memorato nasci crocum. Dioscorides secundum locum huic tribuit: nec optimus fuit, quanquam multis pro optimo haberetur. Galenus lib. primo de Antidotis cap. 14. Κερκίνη ἡ τὸν Καρύκειον, ἵππαινον μὲν απειπτον δι παλαιοὶ μεγάλην καὶ ταῦτα ποιεῖσθαι. Εγερεὶς ἀκριβῶς τοῦ παρακέντητον αἴρεσθαι σὺν αὐτῷ καὶ τὸν καρύκην αὐτὸν θεωροῦσιν, οὐ γάρ φαν μέτι, οὐ μὴ τούτῳ ἀπειπται τοῖς αὐτοῖς, εἰς ισχὺν τῆς οὐ τοῦ αὐθεντικοῦ ὅδους, εἰς οὐ τοῦ μονιμοῦ Διοφίσης. Crocum vero Corycium cum omnis antiquitas, tum Poetæ quoque laudant. Ego vero antrum Corycium, in quo gignitur, & crocum ipsum acutatus inspexi, vegetum quidem, non tamen odoris magnitudine, vel diuturnitate alios excedentem. Crocus qui duas has non habet notas, optimus dici non potest. Galenus loco citato ζεύς δὲ αὐτῷ κείτεν όμηρος τὸν καὶ τὸν ιντροφίαν ιατριβάλλειν; quibus signis & vos optimum ab ignavo dijudicare consulo non autem quod supra modum vegetum est. Hanc ob causam Dioscorides crocum Corycium, quod in monte provenit, præstantius dicit, quam quod in antro nascitur. Ratio est, quod crocus, ut Theophrastus docet, parvo alimento sit contentus, locisque minus humidis fiscioribusque odoratior. Vide lib. 6. de cauls. cap. 23. Antri Corycii solum humidius, (umbrosum enim) totus quippe interior situs antri lucis ex summo vertice impendentibus inumbratur. Loca umbrosa, quia halitibus plena, humore abundare solent. Cæterum præter Corycium antrum & montem Cicilici Dionysius de situ orbis, aliam habet Corycium urbem Pamphilæ; de qua in his veribus:

Αλλαγὴ δὲ ἐξεῖναις Παριφυλίδεις εἰσὶ πόληις
Κάρυκι, Περγάμος Σιρενίσσεωσα Φάστηλις.

Aliæ autem deinceps Pamphylicæ sunt urbes, Corycus, Pergaque, & ventis apta Phaselis.

Ad hos versus Eustathius ex Strabone hæc refert.

ΚαύρικΘ καὶ Φάσηλος Παμφύλων τόποι

An igitur verba Dioscoridis accipi debet de croco Pamphyliæ? Nullum certè dubium quin possint & de Corycio antro Ciciliæ, & de Coryco Pamphylico accipi. Posterior si magis arrideat sententia, lege, Διοσκορίδης οὐ τὸν τῆς ἀρχῆς Λυκίαν Καρπεύγοντος ὁ δέος τῷ Λυκιανοῖς Ολύμπου. Praestansissimum ait crocum, quod circa Corycum Ciliciæ nascitur; ob hoc optimum ait, quod ex Coryco prope Lyciam advehatur, & ex Lyciaco Olympo. Corycus autem, & Olympus loca sunt vicina. Olympum Lyciæ montem esse & urbem ejusdem nominis, docent Geographi. Huic adjacet litus Corycium, vel, ut alii volunt, oppidum. καὶ εὖρος τὸν ἀρχῆς Λυκίαν Καρπεύγοντος διxit, quod quidam Pamphyliæ tribuerent. Totus ille tractus Olympi Lyciæ & Coryci ad Lyciam usque croco refertus fuit; quod tamē cedebat Corycio Ciliciæ. Lycia est regio Asiae minoris inter Pamphyliam & Cariam sita. Facile ergo fieri potuit, alios Corycum oppidum Pamphyliæ, alios Lyciæ adscripsisse. Plinius lib. & capite citato. Prima nobilitas Gelicio, & ibi in Coryco monte: deinde Lycio, monte Olympo. Legit ergo nec ineptè, nec indoctè; Διοσκορίδης τὸν τὴν ἀρχῆς Κιλικίαν Καρπεύγοντος οὐ τῷ Λυκιανοῖς Ολύμπου. Virgilius quidem crocum laudat ex Lydia, sed quod colligitur in Tmolō monte.

*Nonne vides croeos ut mittat Tmolus odores,
India mittat ebur.*

Commentator cum legisset crocum Cilicum optimum, Tmolum montem Cilicum scriptis. Quod valde absurdum. Docet Plinius, Tmolum montem in Lydia Sardibus vicinum. Idē Ptolomaeus asserit tabula I. Asiæ. Sequitur, εἴ τι δὲ οὐτιστικός Αἰγαλίας. Mox quod ex Ἄρεις Εὐοίᾳ adfertut. Άρης, ut ait Strabo, promontorium est Αἰολίδος non procul à Caju fluminis ostio. Κείμενος εἰς τὸν Καράσαν ἀντὶ τῆς μέχρι τῶν Ἀργιμουσῶν δίκαιης, έπειτα τοιχείων ἄκρας, η Αἰγαλίας οὐνομάζεται οὐνομάζεται τῇ ζῷῳ. Situm in regione Camena: ea regio usque ad Argimusas pertinet, iisque imminens promontorium, quod Άρης nonnulli appellant, quasi capram. Plinius lib. 5. cap. 30, Άρης oppidi in Αἰολίο meminit. Nusquam legi Άρης Εὐοίᾳ oppidum vel promontorium esse. Scribo ergo οὐτιστικός Αἰγαλίας, Αἰολίας vel Αἰολίτης. Οὐ δὲ Κυρηναῖκός οὖτις Κυρηναῖας, πάντοτε τοῦ οὔτε τὴν Σικελίαν, αὐτοῦ τοῦ δύσματος (vetus addit μελανίζων) λακανώδεις οὗτος πάντες. Άρης μὲν τοι τὸ πολύκυλον Εἰνύχειον οὐ τῇ Γεραίῃ τῷ θεῷ βαστάζεται, πάντα χρώται πολλοὺς δὲ πιπερόσιται. Άρης τούτος εἰς δὲ τὸ φαρεμαντικόν, οὐ πολλαγενεμένον, οὐτε καρέσματος. Cyrenaicum vero, οὐ quod ex Centuperino Siciliae agro, viribus minus pollent.

quippe cum sint olerum instar omnia sativa. Verumtamen propter succi copiam & coloris bonitatem, qui in Italia ligna Thyina inficiunt. Hoc postremo utuntur: atque ideo etiam magno venditur, sed ad medicamenū, quod primo loco descriptum est, utilissimum existit. Doctiss. Lonicerus legit; O' j Kυρναίγιος ον κυρνέας μη πάντων τον κατεύθυνσι. Cyrenaeus crocus & Centuperinus cum omni qui per totā Siciliam crescit. Clariss. vero Saracenus restituit. O' j κυρναίγιος, η ον κυρνέας τον κατεύθυνσι. Aut etiam, si mavis, ut pro vocabulo vocabulum restituatur, scribe. O' on κυρνέας ον κυρνέας τον κατεύθυνσι. Quasi voluerit Dioscorides, Centuperinum crocum inter reliqua Sicilica, Sicula sive Sicana primum locum obtinere, quamvis aliquo aequo, ac Cyrenaicum viribus ignavum esse fateatur Plinius loco citato. Mox Centuripino Siciliae, aliqui Phlegræo secundum locum dedere. Doctissimus Turnebus ex Dioscoride corrigit, aliqui Aegaeo. Malunt alii Heræo, alii Theræo. Vulgata si non placet, Turnebi sequere. Phlegra oppidum Macedonæ maritimum. Phlegræus ager Campanus, sive Laboriensis, Puteolis vicinus, fertilissimus panici, farris, rosarium. Ex iis duobus locis, vel fortassis alterutro, crocus nobilis & excellens fuit. Laudat idem Plinius crocum sylvestre, libro 21. cap. 6. Crocum, inquit, sylvestre optimum, serere in Italia minimè expedit, ad scrupula usque similia areis decoquenteribus. Seritur radicis bulbo. Sativum latius, majusque & nitidius, sed multo levius, degenerans. Sed nec ubique secundum, etiam Cyrenis, ubi semper flores laudatissimi. Haec corruptissima & sine sensu. Alii alter atque aliter hunc locum expoununt. Areae inquit Dalecampius, singula vigesima quarta parte minus fructus reddunt, quam impensa factum est. Scrupulum vicefima quarta uncia pars est. Quod si ad drachmam id exigas, cuius scrupulum tertia pars est, sensus est, tertia parte minus fructus percipi, quam impensa constiterit. Alia Salmasii sententia. Hoc, inquit, quid sit nescio: inquinatissima tantum esse scio, nec ignoro quo modo explicit. Optimum & vetustissimum exemplar Bibliothecæ Thuaneæ, disertim scriptu prefert, acris pro aereis. Omnino legendu, ad scrupula usq; singula arcis decoquens. Sege comparatur debitor; qui si bonum nomen est, cum favore reddit quod accepit: si minus, creditori suo decoquit. Columella; nā res ipsa domino decoxit. Plinius, dummodo notum sit, eum, qui acceperit hoc cognomen, decoxisse debitoribus suis. Seneca debitor tibi decoxit. Ita igitur & croci seges arcis decoquere dicitur eleganter, que impensa dominis frustratur. At crocum decoquere ad scrupula usque singula. Quomodo hoc intelligendum? Minus vagè laxèque hoc concipi videtur, & locu ipso vix satis mihi probatur. Nullum proprius est nummi genus, quod resolvit possit in scrupula, quam denarius. Ita ergo intellexerit: Tria argenti scrupula in denario, sive dragma croci seges mala nomina imitantur, & tertia parte minus reddit quam creditum est. Sic usque ad scrupula singula decoxit, cum in Italia seritur, & pro tribus que impensa sunt scrupula tantum reddit binaria. Sed hoc sensu melius legerim, ad scrupula usque in singula 10. In singulos denarios usque ad scrupula decoxit. Nihil verius; nota denarii loco corrumpendo ansam praebuit, que sexcentis locis apud Plinius posita à librariis vel correctoribus depravata est. Arcæ porro receptacula nummorum juvenalis, Positæ sed luditur arca. Inde duplex solvenda pecuniae ratio; domi ex arca, aut in foro de mensa. Ab arca qui pecuniam dispensat arcarius dictus. Valerius Maximus lib. 11. cap. 1. Inde ab Oceani lictoribus attracti pisces, inde infuse culinis arcæ, censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta. Qui locus editur corruptissime. Persistit in eadem metaphora Plinius de croco, additque, sativum latius magisque & nitidius, sed multo lenius; denegans ubique, nec secundum. Etiam Cyrenis ubi semper flores laudatissimi. Denegat creditum malus debitor & decoctor: sic crocum non tantum in Italia decoquere arcis ejus, à quo seritur, sed ubique denegare dicit, etiam Cyrenis, ubi flores laudatissimi hodie leguntur. Sativū latius majusq; & nitidius sed levius degenerans, sed nec ubique secundum, etiam Cyrenis. Haec Clariss. Salmasii sententia à nobis improbari non potest. Crocum minimè secundum Cyrenis, cum air, plante contra sententiam scribit Theophrasti, qui capite praecedentem optimum esse dixit, ut à nobis annotatum est. Cur ergo à Dioscoride pro optimo non habetur? Dicendum, Dioscoridem croci præstantiam estimare, quatenus ad usum medicum usurpatur, Theophrastum verò quatenus vegetum, & ad alios usus sit præstans. Dioscorides Cyrenaicum & Centuperinum viribus minus pollere tradit, quod sint omnium olerum instar sativa. An igitur sativum, & cultum crocum ideo minus bonum, quod sativum sit? Ita videtur: ea & Plini sententia. Crocum syl-

vestre optimum. Sativum latius, majusque ac nitidius, sed multo lenius. Doctiss. viri per sylvestre crocum Plinium intelligere volunt, non quod sponte nascitur, agreste, in urbanum, sed exoticum, aliunde adiectum. Italicū enim fructuosum & quæstuorum non est. Nobis haud probabilis hæc videtur sententia; quod sequatur, *sativum latius, majusque*. Opponit ergo Plinius sylvestri sativo, sylvestre melius, quod loca sylvestria minus humida & pinguis, crocum autem, quia paucō parvoque alimento contentum, in sylvestribus odoratus sit, quam cultis pinguisbusque. Alimentum enim concoquere nequit, ut lib. 4. de causis, cap. ult. docet. Verumtamen propter succi copiam & coloris bonitatem Itali hoc, ut ait Dioscorides, θειοι insciunt. θειοι vel (ut in aliis legitur codicibus) θειοι mortarium est. Aristophanes in nubibus. Εις θειοι σπορτον γε αριστα, in rotunda pila pinsebat. Sed quæ in tingendis croco mortariis utilitas? aut quis usus crocei coloris ex mortario? Corrigunt idcirco nonnulli, legunque ex Plinio, θειοι. Corycium, inquiunt crocum, ut præstantissimum, in Medicina tantum locum habebat. Centuperinum verò crocum, quod multi succi esset, & valde coloratum, theatris replendis & insciendis adhibebatur. Crocum usum habuisse in Theatris, supra diximus. Verum, eo theatra non tingebantur, sed in iisdem spargebatur odoris ac suavitatis causa. Sed ponamus, tincta fuisse croco: tamen pro θειοι, θειοι legi non potest, quod sensus non satis sit bonus. Lego ergo, cum doctissimi viris Vincellio & Saraceno, θειοι, & verto, qui in Italia ligna thyina inficiunt, hoc postremo utuntur. Ex hac enim materia tanquam incorrupta, memoratas veterum templorum contignationes, aliaque pretiosiora opera, ut lib. 5. tradidit Theophrastus, conficiebant. Ea verò ligna ornatus gratia croceo aureoque colore infici solita, mibi fit verisimile: quemadmodum & hodie variis coloribus insciendorum etiam multo viliorum lignorum varia palsim visunt artificia. Δολέτω ή μέτιον κεκομασυματονον κεκοματον ή θειοι ιψηματον (vet. cod. ita legit). Εις λιαργύρου ή μελυνδαινον Διός το βάρος ιψηματον αλειφίας διλοι) υπαλειφόμενον ουτετεμπειρον, ιτο βαρυσεμποτοι, λιαργύρου, ή μελυνδαινον διλοι οι ταῦτα τοτε ιντριχον κωνιοργάδοις, κα το θειοι ιψηματον δη τυγχάνειν Adulteratur autem admixto crocom agmate tufo, aut sapæ subtili, intrita, simul quo pondus adjiciatur argenti spuma, aut plumbagine. Sed maleficium indicant, tum quod occurrit pulverulentum, tum etiam defruti odor. Hodie hoc modo non adulteratur, fraus nimis facile animadverteretur. Adjiciunt cartham florem, sed fraus percipi potest ex odore & colore. Minus enim rutile & odoratum est. Vino & aqua aspergunt, ut augeri pondus possit: quod item odore deprehenditur. Alii fumo indurata carnem admiscent, sed crocum hoc nec colore, nec odore præstat. Pharmacopœ & seplasarii improbi, ut ponderosius fiat, locis subterraneis, & humectis servant. Crocus autumni initio cum sol in libram ingressus est, caulinum emitit gracilem, tenerum, glabrum, in cuius summo flos est sex foliis constans, bellis longitidine, uncia paulo angustioribus, utrinque acuminatis, & inferius ubi conjunguntur omnino purpureis, intus sex staminibus ornati. Ex his tria brevia, angusta, colore flavia, positi erecta, & superficie pulveracea sunt: reliqua tria longitudine ipsa floris folia paulum excedunt, cum etiam ex clauso convolutoque flore, jam ex terra prodeunte, exerto capitibus proficiant: eadem inferius angusta, superius verò latiuscula existunt, & subtilissimis crenis, nonnullorum oculos subterfugientibus. Incisæ color est in ruffo puniceus. Ea collecta aroma celebre conficiunt, ab omnibus crocum, vel crocus appellatum, gustu amariuscum, odore jucundo, acri, late spirante, oculos aliquantum mordicante, lachrymas profundere cogente, & modice cum suavitate non ingrata caput aggravante, somnumque conciliante. Ejus tam triti, quam integri parva portio magnâ aquæ aut vini quantitatem, luteo aut citrino colore, ad puniceum inclinante tingit flores unum atque alterum tantum diem postquam aperi fuerint, durant. Colchico similis omnino flos est, præterquam quod croci floris color magis ad purpuram vergat, & quod Colchum trita illa longa, puniceave stamina, que in croco sunt, minimè habeat. Floret etiam cum Colchico, aut paulo post cum ultimis Colchici floribus. Cum defloruit, vel cum adhuc floret folia emergunt, multa oblonga, valde angusta, acuminata, & venosa prope terram aut in ipsa terra conjuncta fasciculorum, aut scoparum instar, ac membrana tenui involuta. Folia hæc hyeme non flaccescunt, sed sub ipsa nive virent, proximoque vere incrementum capiunt, donec ad initium extatis, vel veris finem ad justum statum peryeniant: in quo

quo longitudinem habent pedalem, latitudine autem quartam unciae partem non excedunt, eadem substantia venosa, id est, rectivenia sunt, & ab unâ parte angustis admodum cananiculis striata, ab altera vero sulcum habent minimè profundum, modicè candicantem, & per eorum medium usq; ad mucronem transeuntem. Radice nititur rotundâ, bulbosa, cum floret autem in latitudinem unciale, aut majorē compressa, multis tenuibus capillatis feretq; reticulatis tunicis victorialis modo involutis, detractis tunicis tam foris, quam intus candida carnosa succosaque in superficie multis circulis cincta. A quibus ipsæ tum initium sumunt: autumno cum floret singulari, sequenti autem vere & aestate duplici, atque alterâ alteri superiorius infidere. Cum enim veris initio folia in crescunt, superior radicis pars, à qua folia exeunt, increscit, donec

CROCUS.



aestate parentem sub se retentam quantitate æquet. Hac itaque vigentem, solidam succosamque constitutionem nacta, ipsa parens languida & flaccida redditur, atque autumno tota evanescit. Propagat se bulbosis oculis, ipsi radici adnatis: fibras ab inferiori parte in terra agit tenues candidasque nutrimentum attrahentes. Saporem radix habet dulcem aliquantulum nauseosum & tenuem. Ideoque salivam modicè elicientem. Colitur apud nos in agris. Seritur crocus in pluribus regnis & provinciis ubi in agris segetis modo latè viret: ut in Cilicia, Cyrenis in Sicilia, Italia, Pannonia, Germania, Gallia, Britania. Gaudet, inquit Theophrastus, calcari pedibus: ideoque juxta semitas & fontes pulcherrimus exit. Seritur depositis radicum bulbis. Optimus, inquit Dioscorides, Coryceus: secundum locum tenet, qui juxta Corycum versus Lyciam, & in Lyciae Olympo: deinde ex Ægibus Ætholiae, Cyriaceus, & Centirupynus omnium in Sicilia viribus minus pollut. Qui Aquila Veltinorum urbe adfertur primum sibi locum in Italia vindicare, Mattheolus ait: sed Aquilino ramen præstantior, qui circa Viennam Pannoniae seu, ut vulgo, Austriae nascitur. In Gallia nusquam vegetior quam in Agenensi agro, & Narbonensi, Ruello teste. Propagatur etiam in Britanniae insulæ meridionali parte, quam Angliam vocant, natus. Ex altera vero, & Septentrionali quam Piëti & Scoti tenent reprobus est. Optimus autem ubicunque natus, qui pinguisimus, recens fragrant odore colore rutilo: pessimus squalidus & situm redolens. Crocus autumno florere incipit, statim, ut Theophrastus ait, primis imbris Vergiliarum occasus. Aliquando tamen bis per annum flores vere & autumno. Sed autumnalis flores præstantior. Florem edit ante folia, quæ mox subsequuntur, & hyeme tota virent, aestate nullibi conspicua. Græcis similiter κρόκος, Latinis

etiam crocum dicitur: Mauritanis Zaffaran; atque inde in Italia Zaffarano. Hispanis Açafran, Safra acafraon: Germanis Saffran, Gallis Safran. Præter crocum quæ staminum causa colitur sunt, & complures silvestres alii, sativum æmulantes, sed haud utiles. Unus autumno floret, reliqui vere: inter vernales nonnulli majores, latioribus foliis: alii minores, tenuifolii. Primus sive autumnalis folia habet oblonga, virentia, croci æmula: sed in quibus striæ quædam inalbicant. Flos dilutoris coloris Novembri viget: stamina crocea succedunt. Majo filique angulosæ, in quibus semen: bulbus sativum referunt.

Montanum hunc appellant Lusitani Pie de Barro. Meninit croci montani Theophrastus lib. 6. Crocus, inquit, tam montanus inodorus, quam sativus, autumno statim primis imbris floret. Inter vernales agrestes crocos majoris ac latioris folii prior sativo foliis responderet; sed tamen paulo brevioribus; flosculus forma similis, albicans, cuius exteriora foris saturatae purpuræ, ac violacei coloris lineolis striata: semen in siliquis angulosis; pro radice bulbis instar aliorum, stamina lutea, veluti autumnalis. Proximus foliis est paulo latioribus ac brevioribus. Species hujus duæ: unus flosculus albidus, purpureo nititur pediculo: alterius purpureus est; stamina pallescunt: bulbis minor quam croci sativi. Minorum silvestrium prior folia oblonga & gracilia promit, angustiora quam sativi: flosculum in brevi pediculo minorem subinde candidum, sæpè purpureum, foris tamen albicanter, & qua parte calyci infidet, luteolum; bulbis avellanæ magnitudine, albus, gustu adstringens. Alter minorum foliis antediœ similis: in brevi admodum pediculo ex terra prominet: flosculus ex octo foliolis compositus (cum aliorum senis constent) ex albido purpurascens: radix gemina, una alteri imposita, instar gladioli, quarum superior dulcis ac edulis, inferior flaccida. Tertius horum foliis paulo pluribus, & paulo crassioribus assurgit: flosculus exiguis purpureus; foris tamen tribus exterioribus foliolis dilutius, quasi virecentibus. Externi autem hi omnes Belgio sunt: autumnalis in Lusitanæ quibusdâ rupibus haud procul à mari nascitur: reliqui partim ex Italia missi, partim ex Hispanis, opera ac diligentia doctiss. C. Clusii ad nos pervenerunt, excusus observationibus horum descriptiones hoc transtulimus. Silvestres croci vernales flores subinde Ianuario, aut Februario in nativo solo proferunt. Horum crocorum plures differentias observarunt recentiores, quos audeat diligens lector, utpote ex quibus omnia genera & varietates discere posse.

Διὸς ἄνθος vertunt, Iovis flos. Quod nomine, propter splendorem fulgoremq; an formam venustam impositum sit, haud facile quis dixerit. Tribus quatuor in locis hujus floris mentionem facit Theophrastus, lib. 4. cap. 1. ubi inter suffructices recensetur. Hoc capite semine provenire ait, & odore carere, cap. 7. aestate florere scribit. Suidas & Hesychius spinosam esse plantain volunt. Suidas, Διὸς ἄνθος, φυτὸν ἀγριῶδες. Hesychius, Διὸς ἄνθος, τοῦτο ἐν λάχανον, ἀλλὰ φυτὸν ἀγριῶδες φασι εἶναι εἰς τοῦ Θεοφραστοῦ. Iovis flos non est ex olerum genere, sed planta spinosa, ut scribunt in Theophrasto versati sunt. Ubi spinis prædictum hunc florē tradiderit, nondum reperio: cap. 3. 4. & 5. hujus libri, ubi de spinosis & acanodis agit plantis, altum de eo silentium. Interea spinosam non esse plantam, negare non ausim. Si spinosa; non recto viri doctissimi conjiciunt, lychnidem coronarium, caryophylleum florem, armerium, aut aquileam, Διὸς ἄνθος esse. Sed ponamus, spinis carere: nec tum lychnis coronaria erit Διὸς ἄνθος. Capite enim sequenti eodem quasi saltu, & Iovis floris, & lychnidis meminit. Longius aberrant, qui caryophylleum florem, Iovis florem esse volunt. Odoratus enim, longaque & angusta habeat folia. Aquileia Majo mense sive vere florē, aestatis Iovis flos. Armerius flos Διὸς ἄνθος nomen forte meretur, propter insignem floris venustatem, nitorem, nec non coloris varietatem. De armerio, caryophylleo que flore hoc loco non nihil dicenda. Armerius in caryophylleorum numerum recipi debet. Cariophylleus dicitur ab odore caryophyllorum; nonnulli betonicum vel betonicam Dioscoridis alteram esse scribunt. Hujus descriptio inter notha spuriaque Dioscoridis reperitur. Βαρετούκη γεννᾶται σὲ χορτωπίοις καὶ ορενοῖς τόποις, καὶ κυθαρεῖς καὶ ιώβεροις καὶ τὰ γανήματα: ἔχει οὐδὲ τὴν μὲν πέτραν ὅλην ἵενθεῖσαν καὶ διάδημα, τὴν δὲ φύλα περιφέσση, καὶ τὰ μέσαν τὴν φύλα. Φαινούσην, καὶ τὸ τὸ δεργοῦσαν τειχών, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἀντὶ ἀνθην παρφελλόντα. Betoniæ nascitur in pratis, & montofis locis, itemque mundis & cultis (interpres συνεργοῦ opacis) radicem habet totam rubentem, & odoratam, folia porraceæ, & medium eorum puniceum in recto calamo triangula, & in ipsis flores purpureos. Caryophyllei

phylli radix tota rubens non est: folia quidem porracea sunt, sed triangula haud recte dici possunt, nec in medio eorum punicei quid appareat. Alia doctiss. Turnebi est sententia. Hic caryophylleum facit cantabricam Plinii lib.25.c.8. In eadem Hispania inventa est Cantabrica, per divi Augusti tempora à Cantabris reperta: nascitur ubique, caule junco pedali, in quo sunt flosculi oblongi velut calathbi, in his semen perquam minutum. Nec caryophyllei semen perquam minutum, nec flos oblongus veluti calathus, nisi forte calicem qui florem continet velis Plinium pro ipso flore descripsisse. Recte Ruellius florem hunc incognitum veteribus dixit. *Mirum*, inquit, *creditur*, ut tam celebris flos, tamque jucundus, fuerit à veteribus silentio prætermisssus, qui amplitudine, pulchritudine, varietate, rosa non inferior videri potest. Caryophylleorum florum species quidem sunt complures, Armeriis nuncupatis in horum numerum receptis: iis autem seorsum habitis, duæ præcipue: major una, altera vero minor. Majori caules laeves, teretes, cubitales, raro altiores, geniculati: folia è singulis articulis bina, oblonga, dura, angusta, per extremum acuminata, colore quasi coesa: flores speciosi, ex longis, tereribus, denticularis calycibus, & è senis, ut plurimum foliatis, qui simplices sunt. Multiplices vero omnino ex pluribus, iisque lente fimbriatis commissi, odore admodum suavi, & odorati. Indicos caryophyllos referentes, colore alias diluto purpureo; alias insaturato rubentes, subinde candidi, aut ex candido purpurascentes, interdum versicolores; in quorum medio staminei emicant gemini apices, candidi: semen in vasculis oblongis parvum ac nigrum: radices fibrosæ. Habentur in hortis, sed speciosissimi ferè in fictilibus vasis. Seruntur frequentius avulis exiguis cum foliis surculis; seminibus rarius. Nam è semine nati flores ad agrestem naturam redeunt; minores, minusque odorati, & simplices, etiam si prius multiplices reddantur. Adiguntur subinde surculis cum plantantur fissis caryophyllis; quo illorum odorem flores allicant, & jucundam eorum suavitatem naribus abundantius repræsentent. Vivax est planta, & multis durat annis, si hibernis mensibus à frigoris injuria tantum in cellis vinariis, aut aliis similibus locis tepidis

Armerius dios anthos flore pleno.



asservetur. Floret durissimè, tota quidem æstate, & autumno, in cellis etiam interdum favente loci tempore, hinc tamen si rigida. Caryophyllum florem ob odorem caryophyllorum recentiores nominant. Germanis *Nagelblumen*, *Grasblumen*; Italisch *Garofoli*; Hispanis *Clavel*; Gallis, *Oeillets*; Belgis, *Genoffelbloemen* & *Grosselg*

bloemen & Latinè plerisque *Ocellus*, *Ocellus Damascenus*, *Ocellus Barbaricus*, & *Barbarica* nuncupatur. Sunt etiam, qui betonicam, aut veronicam, sive vertonicam appellant, altilem, aut coronaria cognomento (Matthiolus vertonicum coronatum dicere maluit) ad differentiam alterius betonicæ, quæ Græcis οἴσποι Εὐχέρεφον dicitur: atque hinc etiam herbam tunicam dictam, hanc esse plerique existimant. Sed Bernardus Gordonius herbam tunicam Dioscoridis polemonium esse tradidit. Altera & minor Caryophylleorum species, priori tenuibus caulis foliisque simillima est, utriusque tamen minoribus: flores etiam habet ex oblongis, parvis & teretibus calycibus similes, verum minores, & per ambitum magis dissectos ac fimbriatos; colore candidos, aut è candore purpurascentes. Apud Belgas in hortis nascitur. Gesnerus autem apud Germanos in pratis humidis etiam reperiri refert. Æstate flores emicant. Vertonicam altilem, sive coronariam minorem, aut alteram nonnulli nominant: Germani *Wuthwilen* / aut *Hochmut*. Arque hinc etiam à plerisque superba: nostri *Plumpikeus* / à flosculorum foliis fimbriatis & plumarum similitudine dissectis, & kleyn *Genoffen* / hoc est, Caryophylleum minorem appellant. Armeriorum florum aliquot etiam species sunt; foliorum ipsius stirpis, cum magnitudine, tum colore præcipue differentes. Prima species caulinos

Armerius dios anthos flore simpl.



habet rotundos, geniculatos, veluti Caryophyllei flores, circa inferiora genicula, ut plurimum rubentes, cubito breviores, folia plurima parte oblonga, sed aliquantulum, quam majoris Caryophyllei latiora; colore herbaeo virentia: flosculos in summo caulicorum parvulos exiguis Caryophylleis perfimiles, verum minores, plures simul in quandam veluti umbellam congettis, particulatim ut plurimum prodeunt, & semper ferè cocci rubore splendentes, punctis interim candidis circa medium interdum variegatos, rarissimè candidos. Ornat hic flosculus Belgicorum hortorum areas: apud Italos & alibi locis incolitis & aridis exit. Gesnerus circa Gryphij lacus ripas in Helvetia à se repertum scribit. Provenit & alibi in Belgico locis disertis, juxtaque arborum & pratorum margines ac scrobes, sed multo quam in hortis minor & tenuior. Maturè & Aprili saepe mense, aut Mayo floret, Caryophyllos flores antecedens: plurima inde æstatis parte viget. Galli *Armoires*, vel *Armoiries* appellant: Ruellius armerios flores hinc nuncupat: Germani *Somernagelin*, *Feldnagelin*: Belgæ *Nephens* / quasi dicas fasciculum. Florum etenim fasciculos nostri propria lingua, *Nephens* nominant. Caryophylleorum florū species

Species quædam silvestris videtur; quam ob causam, & à recentiorum quibusdam vettonica agrestis, aut silvestris dicitur. Nec desunt, qui Tunicam herbam esse volunt: sed nihilo magis hic, quam Caryophylleus cum Vettonica altera, aut Polemonio convenit. Altera armeriorum species folia circum caules geniculatos multo fert latiora, majora, & crebriora, nec non candidiora, Constantino-politani floris, haud multum dissimilia. Flores in umbella unæ plures simul congesti, pulchri, rubentes, exiguis candidulis punctis ornati, prioribus Armeriis similes sunt. In petrosis collibus, & alperis sabulosis, apricisque locis apud Germanos, & alias nationes nascitur, in Belgio in hortis feritur, ubi secundo anno cum aliis Caryophylleis æstate floret. Germani, Stein-nagelii vocat, aliqui scarlatam, à rubeo floris colore, coccii referente. Et silvestris hic Caryophyleus est, veluti & præcedens: uterque certè nulla cura eget: sed natura sua vivax hyemis injuriam non difficulter sustinet. Tertia & hujus species, cui pauca, à radice fibrosa, angusta, duriuscula, & acuminata foliola prodeunt, atque hæc inter coliculi breves, teretes, quibus quandoque unicus, subinde duo, aut tres insident florculi, mediocris magnitudinis, Armeriis primis paulo maiores, nonnihil odorati, colore ut plurimum eleganter rubentes. Arido & inculto solo, quandoque juxta margines arborum in plerisque Germaniae, Bohemiae, Silesiae, & Moraviae locis frequens reperitur. In multam æstatem floret ac viget. Iam & quarta quædam est Armeriorum florum species, caulinis rotundis, geniculatis, tactu glutinosis, pedis altitudine, foliis ex singulis geniculis binis, oblongis, angustis, acuminatis, in virore candidantibus, quasi cæsiis: floribus in umbella similiter pluribus simul, congestis, pulchris, Armeriis similibus, verùm minoribus, & rubentis dilutæ purpuræ colore: semine in oblongis vasculis pusillo: radicibus tenuibus ac fibrosis. Seritur in hortis, floret à Majo, aut Iunio mense in autumnum usque, & eodem quo sata est anno. Sunt qui velint Behen, sive Been, vulgo nunc dicti, speciem aliquam esse, propter eam quam cum behen rubentis floris, (Valeriana dicta rubra,) similitudinē habeat. Nam caulinis geniculatis, & foliis illi aliquantulum, sed colore similius est; caules tamen breviores & teneriores, foliaque minora: color verò levitasque foliorum in utrisque ferè eadem. Carolus Clusius hunc inter silvestres Lychnides numeravit, ut supra monuimus, Mascipulam, & Viscariam M. Lobellius vocat. At nos inter Americos flores libentius retinemus. Præter has vero, & alia quædam est, vel Caryophylleorum, vel Armeriorum species, omnino, ubique & apud Belgas quoque silvestris: caulinis habet dodrantales: folia è singulis geniculis bina, parva, acuminata: flores in caulinorum summo singulis, per ambitum fimbriatos, Caryophylleis minoribus, & forma, & magnitudine satis similes, colore verò cocci diluto rubentes. Exit passim in pratis & locis riguis. Majo & Iunio mensibus flores potissimum conspicui. Belgæ Traepenbloemkeng appellant, id est, cornicis flores. Cæterum Armeriorum omnium istorum flores, nec ullum quoque aur in medicina, aut in cibatu usum habent: sed coronarii sunt, & hortos, & corollas exornant. Caryophylleorum florum Armeriorum plura genera observarunt recentiores, quæ omnia ordine à Clariſſ. Casparo Bauhino, in Phytiponace recensentur; quem adeat lector.

Iφων, Inter plantas radice lignosa, quæque ex semine prodeunt, & æstate florent, numerat Iφων, pro quo apud Plinium lib. 21. cap. 11. tiphyon legitur. Theophrastus tamen lib. 7. cap. 12. πίφων inter ea recenset, quæ florem & caulem ante folia emitunt. Meminit & πίφων libro primo, de cauf. cap. 10. atque capitamat habere radicem, quæ lignosa esse non solet. Malè ergo Plinius tiphyon æstate florere dixit, cum Iφων æstate floreat. Sed mendum fortè typographi. Hæc præmittere placuit, ne quis vobis vanitate deceptus eandem existimaret plantam. Malè viri Magni ex Plinio hunc locum corrigit, leguntque pro Iφων, πίφων: nam, ut dixi, planta est diversa. Quæ lignosam habent radicem, nec possunt, nec debent inter capitata radice herbas referri. Corruptus tamen Theophrasti codex. Nam apud Aristophanis Scholia sten., Suidam, & Hesychium legitur ip̄n, quomodo Theophrastū scripsisse, admodū sit probabile. Suidas. Ιφίν, εἰδῶς ἀργίσ λαχάνη. Αετοφάνης, Εγώ δὲ φύσιστον οὐσίαν τῷ Ιφίν. Quidā Botanici ip̄n suspicātur esse Caryophylleum florem, de quo supra egi. Horum sententia minus arridet, quod flos iste folia habeat longa & angusta. Malunt alii asphodelum luteum esse Iphiā. Nec horum opinio placeat; lignosam non habet radicem, sed carnosam, foliaque longa & angusta, cum Iphyæ brevia-

sint. Quod si ante folia florem mitteret, Tiphyon dicere: sed constat florem, caulemque emittere possit folia. Ego Iphyam lavendulam esse dico, idque ex Helychi autoritate; apud quem legitur, Γράμμα, νομός αἴθιος λαχάνη, οἱ ιπέται λαβανῆδει καλεῖσθαι. οἱ γένθη, αὔραται ταῦτα απειρονά. Hæ corruptissima, scribe, Γράμμα, vel ιφίνη λαχάνη, οἱ ιπέται λαβανῆδει καλεῖσθαι. οἱ εὐριποὶ αἴρονται στεγάροι, id est, Iphyā lychnis, fl̄s, nonnulli solus quoddam, quod nos labantida vocamus, quod in agris seritur. Lychnidem & φίν, diversam plantam esse, probatur, quod utriusque capite sequenti mentionem fecerit Theophrastus, & utramque ætate florere tradit. παθανή à Latinâ voce lavandula, vel lavendula dicitur. Græci enim per B. exprimunt, quod Latini per V. lavendulam vel lavandulam recentiores vocarunt, quod layacris expetatur. Eadem καρποὶ spica dicitur, quod flos in spicam mucronemque definat, vel spicæ quandam imaginem refert. Nonnulli pseudo-nardum vocant: ad nardorum ramen classem referri non potest. Alii pseudonardum Plinii esse scribunt, de quâ hæc Plinius lib. 10. & cap. 12. Adulteratur, & pseudo nardo herba, quæ ubique nascitur, crassiore, atque latiore folio, & colore languido in candidum vergente. Lavendulæ folia latiora nardo non sunt, sed angustiora, & crassiora. Non esse cneoron supra satis probavimus. Nonnulli rosmarini genus esse volunt. Quod nobis haud verisimile videtur. Rosmarinum enim coronarium non fert flores spicatos, vel spicam aliquo saltē modo æmulantes, sed ex foliorum finibus binos, raro plures simul junctos erumpentes. Rosmarinus præterea folia fert superne virentia, five saturi viroris, subtus in 2 cana vel candicantia; lavendulæ verò utraque parte albiantia sunt, tenuiora & minora. Alii ad stœchados classem referre malunt, his adducti rationibus: quod stœchas cum primū è semine prodit, sit ramulis, foliis, odore, sapore, ramulorum foliorumque positi lavendulæ per omnia similis. Fragrantior tamen (quod non semel obseruavi) stœchas, quam lavendula. Nec tantum his notis, ait Valerius Cordus, cōtentus fui. Observavi etiā flores & semina in utraque simillima esse, quæ utraque in oblongis spicis gerunt: spica tamen lavendulæ longior, & tenuior, stœchados brevior, densior, & crassior. Differunt præterea, quod stœchas amarorem habeat, qui in lavendula non æquè evidenter percipitur. Lavendulæ flores cærulei sunt, purpurei stœchados. Spicæ lavendulæ fragrantiora, quæ stœchados major & gravior, contra folia stœchados suavius, quam lavendulæ olen. Et, ut dixi è semine recens nata stœchas odore jucundiore, & gratiore. Majora, etiam latiora paulo, & crassiora lavendulæ folia. Stœchados in capitis affectibus usus tutior: caput nimis implet lavendula. Utriusque iconem exhibeo, ut quæ inter utramque differentia sit, dignosci queat. Lavendula, ut dixi, optimè notas, q uas de Iphyā tradit Theophrastus, refert. Lignosa tota quippe constat radice, & caulinis. Folia parva sunt, floret æstate, è semine facile nascitur. Lavendula alia major, alia minor, quæ & latifolia, & tenuifolia. Lavendula major odorata, & coronaria stirps est; cubitalis plerumque, à brevi & scabro caudice in plurimos folios surculos divisa, virgas æstate proferens numerosas, nonnunquam cubitales, junco graciliores, quadrangulares, geniculis longo intercalo inter septas: è singulis geniculis folia, ut plurimum bina prodeunt, duarum unciarum longitudine, tenuia, angusta, oblonga, carnosa, utraque parte albiantia, nonnihil hirta, rosmarini coronarii foliis multo longiora, latioraque. Flores summis virgis fert parvos, hiantes, &c purpureos, in gracili & digitali longitudine spicis dispositos, angustis striatisque caliculis infidentes, quibus exigua, nigra, & splendentia semina succedunt: virgæ maturo semine exarescent; qui verò circa terram è caudice prodeunt surculi perennes sunt, & tota hyeme foliis cinerei coloris vestiuntur. Radice nititur lignea & fibrata. Saporem habent folia & flores subamarum, subacrem, aromaticum, tenuem & totum palatum penetrantem; odorem quoque vehementem, acrem, tenuem, jucundum, caputque impletum. Apud nos in hortis colitur, in Hispaniâ, Galliâque Narbonensi, tanta copia sponte provenit, ut non temere alia materies accendendo igni adhibeatur. Iunio, Iulioque floret. Lavendula minor majori in cunctis similis est, minoribus tamen surculis & foliis, brevioribusque spicis constat: odore quoque & sapore remissiore, olfactum recreat. Non enim adeo gravem odorem spirat; minusque pinguis existit; colitur & hæc in hortis. Lavendulæ recentiores has observarunt differentias. Lavendula latifolia; quam marem vocant. Huic flos, ut plurimum cæruleus, reperitur tamen albo & purpu-

Lavendula.



purpureo flore: sed quæ storem fert album, folia habet vulgari paulò longiora. Lavendula angustifolia flore et jam ut plurimum cœruleo, sed & eadem flore albo reperitur. Tertium lavendulæ genus diligentissimum, & summus botanicus Carolus Clusius descripsit. Quoniam autem in Stœchados mentionem supra incidimus, sitque lavendulæ valde similis, non malè agam, si historiam ejus ex Dioscoride attexero. Dioscorides lib. 3. σιγάς γανάται ρρό εἰ τοῖς καὶ Γαλατίας νήσοις αἴπερ Μασσαλίας, καθαράντων δὲ στοχάδων ὅπερ τὸ την ιτανούμελα ἔχοντες πόλια λαπτηρηρέστισιν, ἐμίστων ἵχουσι νόμου θύμῳ, μακροφυλλοτερούς μην τηγανητούς οὐδὲ φρυγειας εἰ τὴ γανάτη Εἰ ταῦτα πεπόνια. Stœchas in insulis Gallia gignuntur, quæ ē regione Massilia sitæ Stœchados expellantur: Εἰ ab iis quoque nomen accepit. Herba est tenuibus surculis, coma thymi, sed folio longiore, gustu acris & aliquantulum amara. Apud Galenum, Eginetam, aliasque σιγάς legitur. Sic quoque apud Plinium legitur, lib. 7. cap. 12. Stœchas in insulis tantum ejusdem nominis gignuntur, odorata herba, coma hispida, amara gustu: Perinde est utrum σιγάς an σιγάς legas: utraque enim vox ejusdem est originis, idemque significat, nempe ordinem. Εἰ τοῖς καὶ Γαλατίας νήσοις. Insulæ hæ ab ordine quo positæ sunt nomen acceperunt, Eas inquit, ē regione Massiliæ sitas esse. Plinius lib. 3. cap. 5. Gallie autem ora, in Rhodani ostio Metina, mox quæ Blascon vocatur. Tres Stœchados à vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem, quæ item nominant singulis vocabulis Proten, & Mezen, quæ & Pomponiana vocatur, tertia Hypæa. Ab his Starium, Phænicæ, Phila, Lero, & Lerina adversum Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria. Doctiores meliori sensu legunt. Tres Stœchados à vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem, quo sitæ sunt. Nomina singulis, Prote & Mele. Prote dicitur quasi prima, hodie Isoco vocatur. Altera Mese, id est, Media nuncupatur, hodie Divi Stephani. Tertiam Hypæam appellavit, id est, insimam, hodie Pomige. Straboni autem, & Ptolomæo non tres insulæ Stœchados sunt, sed quinque, duæ parvæ, tres sat magnæ, ac post eas Lera ac Planasia. Strabo lib. 4. σιγάται τὸ την τεταν δέ το Μασσαλίας δρεπανούσι αἱ Στοχάδες νῆσοι, τρεῖς μρό αἴγιολοισι, δύο δὲ μηκοῦντας τὸ αὐτοὺς Μασσαλίωνται. Meni δὲ τοις Στοχάδες η Πλαναστία Εἰ Λίγων, ἵχουσι κατοικιας. Ante has angustias, factio i Massilia initio, sitæ sunt Stœchados insulæ, tres earum

memorabiles, duæ exiguae. Agros earum colunt Massilienses. Post Stœchados est Planasia, & Leron, in quibus sunt pagi: Pro Λίγων, apud Ptolomæum Ληγαίη legitur: alioquin Ptolomæus cum Strabone convenit, & cum Plinio, Stephanus. Sed Mela tres item parvas agnoscit, quæ vulgo les Isles Dieres; Bononio, Porto Crozo, & Porto Rhina, sive Rhibadeo. Quatuor verò Stœchadibus vicinæ Strium, Phænicæ, Phila, Lero, hodie Aire, Hiare, Proxelo, Reo. His adjacent & aliæ duæ, quarum unam rubram vocant, Blaseonem, hodie dici Gianeam volunt: & Agatham Ptolomæo memoratam, hodie L'isle D'ade Leria, in qua Leronis templum fuit, hodie Sancti Honorati: Planasia vero à Strabone memorata huic vicina, hodie Divæ Margaretæ. Negant adversariorum auctores, insulas has sitas esse ex adverso Massiliæ. Nobiles verò, inquietunt, & rarissimorum stirpium alumnae Stœchadibus insulæ, huic (Stœchadi) cognomines, non ex adverso Massiliæ, ut perperam ex Dioscoride persuasum est (bidui namque itinere & littore indidem absunt) sed ē regione. Olbiæ, vulgo Hyeres, urbecula olim tam lauta, quam nobili, à qua etiamnum hodie insulæ nomen retinent, non Massiliæ dicuntur, namque Hyeres insulæ. Hæc de insulis Stœchadibus recentiores: quorum sententia an verior quam veterum, me fugit. Nunquam in insulis memoratis fui. Dioscorides Stœchadi plantæ nomen impositum scribit ab insulis Stœchadibus. Copiosè Stœchadem in iisdem crescere, credo, sed an tantum in insulis his, ut Plinius ait, dubito. Mesues enim libro de simpl. cap. 13. Arabicam præfert. Certum etiam est, in Gallia Narbonensi copiosè crescere. In Creta provenire, testatur Bellonius lib. 1. Observat. Stœchas sponte plurimis locis nascitur. Hodie etiamnum Stœchas ad nos Alexandria cum aliis mercimonii ex Oriente adfertur, quæ tam à medicis, quam seplasariis, indito ab Arabia cognomento, Arabica nuncupatur. Illa præfertur, quæ ex insulis advehitur, & pluris ea de causa venditur. Malè ergo Mesnem quidam mordet, quod laudavit Arabicam, cum Gallicam præferat Dioscorides; nec tamen male audit Dioscorides, qui optimam dixit, quæ ex insulis ferebatur: suo enim ævo præstantissima erat, Arabicaque incognita. Sed malunt alii Dioscoridem alter defendere, & Arabicam Stœchadem inter origani genera sub o-nitide comprehendendi suspicantur, ē maxime ducti conjectura, quod verisimile non arbitrentur, Dioscoridem eam herbam subtileuisse. Hanc conjecturam falsam esse, ostendit onitidis semen, quod Dioscorides lib. 3. inquit esse veluti corymbos cohærentes, ac sibi invicem incumbentes. Vide cap. de Origano. Ab hoc Stœchadis semen figura diversa. Nam adeo munitū, & tenuē est, ut vix referat semen formam, & non sine ratione Mesues semine carere scriperit. Falluntur viri magni, qui Stœchadi nomen impositum scribunt à spica, quod spicam flos referat. Σιγάς, non spicam, ut volunt, sed ordinem significat. Σιγάς Græcis spica, σιγάς ordo. Satis clarè Plinius Στριχάδας insulas, ab ordine, quo sitæ sunt, vocatas ait. Heychius Στριχάδη, καὶ τέλη, καὶ συγκέντοι. Idem συγκένμεθα, διδασκόμεθα καὶ την τέλην. Theophrastus lib. 3. cap. 6. Αἴγι τὸ συγκέντον, καὶ τὸ λοιπὸν τὸν ὄξεις ἵχον. Στριχαὶ in re militari, ordines sunt à fronte ad tergum sigillatim porrecti. Fortè & huic plantæ nomen inditum, quod ordine quodam, flores comæque nascantur, ac in campis quasi militari ordine dispositæ sint Stœchados plantæ. Aliter, ut dixi, Dioscorides, cui major debetur fides, quam nostræ conjecturæ. Λεπτόνγενον, inquit esse Dioscorides, id est, tenuis semine. An ideò Mesues dixit, & habet flores assimilantes spicis filigineum, sed sunt breviores sine semine? An verò dixit sine semine esse, quod minutum sit semen? Utcunque illud est, semen habet, & interpretes omnes legerunt σιγάται, id est, tenuibus surculis, festucis. Huic lectio favebat Oribasius, eandem comprobant experientia, nec solet scribere Dioscorides, λεπτόνγενον εἰσι, δρυοις ἵχουσι νόμου θύμῳ, sed contra, ὀμοιοις ἵχουσι νόμου θύμῳ, λεπτόνγενον. Tenuibus esse surculis autoplia docet. Idem quoque Mesues tradit. Stœchas, inquit, quod medici laudant, est Stœchas Arabicum, & est planta foliorum subtilium oblongorum, babens stipitem subtilem cineritum, cuius elevatio super terram est in mensura cubiti. Malè audit Mesues. Non foliorum, inquietunt, subtilium, ait Dioscorides, sed leptocarpon, quasi dixeris tenuium festucarum. Hermolaus cirrulas interpretatur, longiorum foliorum, commaque habere thymi. Non video aliqua in re peccasse Mesuem. Rectè, τὸ λεπτόνγενον interpretatus est. Subtile habere stipitem ait. Tenuis surculus, festuca, & subtilis stipes non multum differunt: stipitem enim Arabes abusive pro surculo accipiunt. Certe cum subtilem stipitem Stœchadi

stœchadi tribuit non neglexit, ἀπότομος; nec eo nomine
culpari debet, quod pleniorē dederit descriptionē
quam tradiderat Dioscorides. Rectē addidit folia esse
subtilia, st̄pitem esse cineritium, cubiti altitudine, quæ
omnia apud Diſcoridem defiderantur. Præferendus
ergo in stœchadiſ descriptione Mesues Diſcoridi. καὶ τὸν
θύμον. Mesues flores inquit habere assimilantes spicis fili-
ginum. Rectius θυμοθυμον cōparavit Diſcorides. Plinius
coma hyſſopi esse tradit. Cū hyſſopi coma aliquam quidē
habet similitudinem, sed an vulgaris hyſſopus, cum veter-
um descriptione conveniat, ad finem hujus libri videat
lector. Diſcorides folia stœchades longiora inquit thy-
mi foliis, Mesues oblonga ait. Uterque rectē, & sunt ob-
longa, & thymo longiora. καὶ δριμεῖα ἐτὸν γέλει, & τοσπο-
τοῦ ποώς gustu acris, & aliquantulum subamara Plinius
gusto amara dixit. Melius Galenus & Mesues. Στοχαδό-
ν ὁδός τὸν γεῦσαν ποίειν, πικρότερον, καὶ τοσπού φυσει μετάγλωττον, &
τὸν καρπὸν σύνθετον, ἵκε τῆς ψυχοῦ γεύσας ἡδὺς ὅσπες ἀλίγης, αὐτὸν οὐκέτι
σύφι, & λεπτητούς εἰρίξεις γεύδεται πλεῖον, αὐτὸν πικρότερον.
Quæ ſic Mesues: Calida recessu primo, ſicca ſecundo, dua-
bus conſtantib⁹ ſubſtantiiſ, una terra frigida, ſyptica, & ea
pauca, altera ignea, tenui, modice amara, acri. Et hæc de
ſtœchade veteres. Stœchas è radice lignoſiore caulinis
emittit cubitales, & ſequicubitales, lignos, &
quam lavendula tenuiores, ramulis five virgulis multis,
& tenuibus præditos. In caulinis viruglique folia ha-
bet oblonga, angusta, ſaturejæ hortensis longiora, mino-
ra & anguſtiora, quam lavendulae, aut roſmarini coro-

Stœchas.



narii, cädicantia, capitulis ſpicatis in ſummis virgis, com-
pactis, brevibus & crassis ut thymi Cretenis, ſed majoribus,
& quibus flores foliacei, pufilli, cæruleo purpurei
exeruntur, ſemine ſubfuscō, parvo, urticæ aut lavendulae.
Hispania, Narbonensis Gallia, & insulæ Stœchades,
Stœchade herba, five frutice abundant. Apud Belgas è ſe-
mine ſata, prima æſtate facile adoleſcit; hyemem tamen
nequaquam tolerat. Quapropter eo tempore intra te-
ctum ferenda eſt, & tepidā, nec gelu obnoxia camera
fovenda. Cellarii humidioribus ſervata, contrahit ſitum
& perit. Cærerum Arabica ſtœchas diſſert ab ea, quæ
ex insulis, aut Gallia Narbonensi adfertur, quod ſit den-
ſioribus ramulis ac coma. Refert Clarifimus Dodonaeus
ſtœchadem in Belgio fuſſe natam, cui caulinis non e-
rant foliati, cum Arabicæ & quæ ex insulis adfertur, cau-
linis foliis fit ornata: à Cluſio ſtœchas ligulis longioribus
diſſertur. Datur & ſtœchas latifolia, flore albo, foliis

est lavendulae; flore magno albo. Hanc in Murena Caſti-
liæ D. Albinus legit. ſtœchas folio ferrata, non ſemel no-
bis è ſemine nata fuit, ſolis foliis à Gallica diſſert, quod
hæc marginē ferrata profert. Sponte ſua in Hispania
provenit. Vicinæ admodum ſunt voceſ ſtœchæ & ſtœchæ; de
hac etiam pauca nobis dicenda. ſtœchæ vocatur, quod
verticillato ambitu florū, & orbibus ſpicarum caules
cingentibus coronetur. Diſcribitur à Diſcoride capi-
te 120. lib. 3. Στοχαδός θάμνος οὐφερὸς περοῖο, ταῦτα μητέρες οἱ
τοῦ πλείου φύλλα (vet. Φυλλάρια, εἰς Διέρημα ταῦτα μητέρα.
Folia ex intercapedine, vel intervallo ſubrotunda. Hæc
lectio merito Saraceno ſucepta eft. Nam nec apud Ori-
basium, nec apud aliū quendam probatum auctorem re-
peritur, nec huic uſque planta inventa eft que cum hac
delineatione ſatis conveniat) οὐφερὸς θάμνος, τολμη-
τιόνη, λαβάρια, παθοῖα οἱ πλείου δῶν τῆς κατῆς μέλιτη, λαβάρια περοῖο
(vet. ταῦτα μητέρα, λατρα, τοῖς τῷ περοῖο, αὐτὴν ταῦτα μητέρα περοῖο
vulgata nititur Oribasii auctoritate, atque ipſa confir-
matur autopsia) τὰν τῷ περοῖο, φύτη τῷ οὐφεροῖο, καὶ ταῦτα
χνεῖον. Stachys frutex eft marrubio ſimilis, ſed aliquanto
longior, & folia proferens numeroſa, rara, ſubhirsuta, dura,
odoris jucundi, candida: & complures virgulas ab eadem
radice exeunt, quam marrubii candidiores, (vet. ſubalbi-
das, tenues ad instar pafii, flores ſubpurpurei) naſcitur in
montofis &asperis locis. Plinius lib. 24. cap. 15. Ea quoque,
quæ ſtachys vocatur, porri ſimilitudinem habet, longioribus
foliis, pluribusque, & odoris jucundi, coloriſque in luteum
inclinati. Vocab ſimilitudine deceptus Plinius, male
περοῖο vertit porri, quaſi Diſcorides περοῖο ſcripſiſſet.
Nec melius λαβάρια vertit, in luteum inclinati. Duæ plantæ
ſtachydis nomine à recentioribus diſcribuntur. Quæ à
Fuchſio ſtachys vocatur, eoque nomine diſcribitur, cau-
les habet crassos, quadratos, duos, treſve pedes ſubinde
longos, ac quam marrubio candidiores & hirsutioreſ: fo-
lia lata, oblonga, incana, ambitu ferrata, utraque hirsuta,
& multo quam marrubii ampliora. Flores in verti-
cillis caulem ambientibus fert purpureos, raro albos,
marrubii, aut lamii ritu ſpicatos, hyſſopi, aut vulgari Be-
tonicæ modo. His ſuccedit ſemen rotundum & nigricans,
radix dura, & ſublutei coloris. Aſtivis floret mensibus,
caules ſub hyemem intercidunt, ſed radix aliquandiu
vivax permanet. Locis quibusdam Germaniæ incultiſ
&asperiſ reperiſtur, & in hortiſ colitur. Altera marru-
bio etiam ſimilis. Caules huicā radice exeunt complures,
altiores, geniculati, atque ē ſingulis articulis folia bina
ſibi mutuo oppoſita, duriſcula, longiora paulo quam
marrubii, atque unā cum caulinis candidiora, molliter
hirsuta, ac ſuaviter odorata. Flores eodem quo marrubii
caules cingunt modo, ſed colore lutei ſunt, & verticillæ
anguſtiores, radix lignoſa perennat. In calidis reperiſtur
regionibus Germaniæ, ac Belgio peregrina eft. Veterum
ſi ſequatur delineationem, non erit legitima ſtachys;
quod flores habeat luteos, cum ſubpurpureos habere
tradat Diſcorides, quales in altera, five Fuchſi, videntur
ſtachyde. Negant ſtachyn Italicanam, vel quam Germaniæ
peregrinam diximus, legitimam eſſe adverſariorum Au-
tores. Folis ſiquidem eft proximis myosotidi, piloſis vel
echii, non marubii, neutiq; candiōrib⁹, ſed viridi-
rib⁹ (non videntur nobis marubio viridiora, ſed aequa
candida) ac potius flaccidis, quam crassiorib⁹, aut rigi-
diorib⁹, nuſpiam ſerrato ambitu: quam potius quispia
alterum echium luteum merito putet: minus enim odo-
rata eſt, ſuccoque aqueo prægnat. Qui ſphacelum, vel, ut
legendum diximus, ſphacum exiſtimant, valde errant.
Sphacum ſalviæ folium habet, ſed minus, nec aequa ſquali-
ens, leviusque huic, ſalviæ folia multo majora. Spicato
etiam flore eft Betonica, cujus historiam, quod in diſcri-
bendis ſpicatis plantis hæremus, examinabimus. Mi-
mirabitur fortaffis quispia, quod plantæ hujus nuſquam a-
pud Theophrastum fiat mentio, cum tantis laudibus
quondam celebrata fuerit ab Antonio Muſa, Auguſti
Cæſaris medico, ut pote quide eadem integrum ſcripſe-
rit libellum. Sed Græcis antiquioribus non fuit cognita,
quod Plinius ſatis indicare videtur, cum ſcribit lib. 25.
cap. 4. Vettoneſ in Hispania eam (invenerunt herbam) quæ
vettonica diſcitur in Gallia, in Italia autē ſerracula, à Græ-
cis ceftron, aut phychotrophon, ante cunctas laudatissima.
Diſcorides libro 4. cap. 1. Kieser τὸ κράτερον Φυχότροφον,
ἰτεῖδην τὸ τῆς Φυχοτρόφης τελεστην τέτις. ὁ Γαρμᾶς βιβλίον
(alt. cod. οὐτοῖον) τελεστην ἡ Κασσινή. Ceftron, quod
phychotrophon vocatur, quoniam frigidissimis in locis
reperiatur, Romani Betonicam (Vettonicam) ſeu roſmar-
inum appellant. Cur phychotrophon diſcatur, ſatis aper-
te docet Diſcorides, κίση, nonnulli betonicam dictam
volunt,

Stachys Fuschii.*Stachys Lichnitis, sive Spuria.*

volunt, à varietate & copia remediorum. Variis enim & plurimis morbis accommodata est. Sed hoc alii recte improbant. Κίσπος vocatur, à floris spicata & mucronata acutie, veruculum, seu, ut apud Plinium in vulgatis codicibus & exemplaribus legitur, viriculū præferente. Sic enim ille κίσπης interpretatur libro 35. cap. II. Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera & in ebore cestro, id est, viriculū (nuper expressus codex habet verunculo, scribe veruculo) donec classes pingi cæpere. Eodem capite, *Lala Cyricena*, perpetuò virgo M. Varronis inventa Romæ & penicillo pinxit, cestro in ebore imagines mulierum maxime. Suidas. Κίσπης ζύρος λόγον τον οὐ γεγονεῖ περονέα πόλεμον, Cestros genus est teli, Persico bello inventi. Hesychius Κίσπης, η τεχνή ἐκφυτις τῶν σπουδάτων, η διάγνωσις, η ή εἰ τὴ γλωττὰ τροχώντων. Prima seminum germinatio, telum, lingueque asperitas. Serratula nomen à foliis serræ instar habet. Dioscorides à Romanis ἀντιτονᾷ, vel, ut in vulgatishabetur codicibus, βετονικήν vocari scribit; Plinius verò apud Gallos nomen illud obtinere auctor est. Uter rectius, in medio relinquam; Betonicam vel Vetricam, quod apud Vettones nascatur nuncupatam, auctor est Plinius. Fortè διὸ τὸν βετονικόν, ηδὶ ἀντίκην, quod ante tonitrua collecta securos invictosque reddat homines. Hesychius βετονική (vulgo βετονική, sed in antiquis codicibus, ut dixi, βετονίαι) βετονία. Idem Dioscorides à Romanis ἀντιτονᾷ, id est, rosmarinum appellatam tradit. Est tamen alia planta quam vulgo rosmarinum dicebant, & ad distinctionem hujus, rosmarinum coronarium nominabant. Betonicam rorismarini nomen audivisse, ex Græcis recentioribus etiam probatur. Auctor, qui interpretatur quasdam voces, quibus utitur Nicolaus, δροσοβότινος ή βετονική. Myreplusfectione primā, de antid. 27. αναγειόλε κάρπη, η τη δροσοβότινος. Vertunt Lauriolæ campi, hoc est Betonicae. Non puto, Betonicam laureolam dictam fuisse; nec unquam sic scripsisse Myreplus imaginari possum. Mendum latere puto, sed ubi sit ignoro. Rosmarinus, sive δροσοβότινος vocatur, quod locis opacis, & humentibus, humoréque gaudet. An scripsit Myreplus κέρας ψίχιον, η τη δροσοβότινος. Neophytus βετονική, η τη διά την ιδιότηταν λεπίδηρος κερασικής. Nescio, cur crocolycium vocarint. An quod opacis gaudet, filamentaque multa habeat. Verisimilius Neophytum scripsisse βετονική, η τη διά την ιδιότηταν λεπίδηρος

δροσοβότινος, quam Myreplus scripsisse λαυρίολε κάρπη, η τη δροσοβότινος. Lycii lucum κερασικής appellarunt, ut suo loco probavimus. Apud Myreplus, usque dum ex melioribus codicibus edoctus aliter fuero, scribo, ac distinguo, λαυρίολε, κάρπη, δροσοβότινος, id est Laureolæ, alijs vel cæpæ (Hesychius κάρπη τη σκορδα πίκρης cæpæ scitiva) & Betonicae. Legebam aliquando apud Myreplus pro δροσοβότινος, δροσοβότινος, quod querna haberet folia Betonica: sed cum apud Dioscoridem legerem φοινικείην vocari, mutavi sententiam, & δροσοβότινος servavi. Eadem Betonicam ιπρά βοτίνη nominarunt, Scribonius Largus cap. 150. eodem modo ιπρά βοτίνη, quam nos Vettioncam dicimus, alia tamen est ιπρά βοτίνη, verbenam vulgo vocamus. Sed de ista alibi, Betonica à Dioscoride libro quarto, capite primo, his ferè verbis describitur. Που corrigunt viri magni, θείμος. Verius tamen herba, quam frutex ἵσι κανδλὸν ἔχοντα λεπτὸν πίκρην τὸ υψηλόν, η μελιζονα, τεργίζοντο. Φίδια μακρῷ μαλαγῷ (delet postremam vocem Sambucus. Duriulcula quidem Betonicae folia, sed respectu quercis mollia sunt, vocem μαλαγῷ haber Oribasius; quare hæreo utrum deleri debeat) ὄμοια δρῦν, τὸ πεπλασμένον ισχισμένα. Λάδη (verus ήδη Marcellus, ήδη ήδη ήδη, Oribasius ήδη). Folia Betonicae & nervosa, & odorata) μελιζονα, η τη σκορδα την ρίζαν (Margo addit, οὐθὲ λαυρίολε φυεῖ) η παραγόντα την κανδλόν, η τη σπινμονίαν την πίκρην δημοσιες (Dalecampius ισταχνομίναν scilicet παλλᾶν) ταύτης τη φύσια δει συλλέγοντας ἔργοντας. οἱ ισι οἱ η πλεισταν ζεστοι. ρίζαι οἱ ιπτέοι λεπτοι οἱ ἐλατόρει, Herba est caulem proferens tenuem, cubiti altitudine, aut etiam majorem, quadrangulum: folia longa, mollia, quernis similia, in ambitu incisuris divisa, boni odoris, ac prope radicem majora, fructum spicatum in summitate caulinum, thymbræ modo. Sic locum hunc interpres. Nam σπίνα & νερπόν, qui hic est σείχη, id est spica, Archigenes apud Galenum καὶ τριτον libro quarto, capite quarto, de myricæ loquens, fructu indifferenter usurpat; dein alii fecerunt, ut alibi demonstravi. Vel lego ισχυρίαν, in generandi casu, cum Dalecampio. In summis calibus thymbræ modo spicatis fructus est, vel σπίνα

cum

cum Ruellio verto semen, si intelligas spicatum semen, in caulis spica dispositum, qualis & in thymbra Dioscoridis, thymo, stachade, ac similibus aliis cernitur, frugum cerealium spicam quodammodo præ se ferens. Sequitur apud Dioscoridem, discerpta hujus folia siccari oportet: quippe eorum sit major etiam, atque frequentior usus. Radices verò sub sunt tenues, cœu hellebori. Dioscorides folia betonicae quercus foliis rectè comparat. Plinius male betæ similia esse ait, lib. 25. cap. 8. his verbis: *Exit angulo caule, cubitorum duūm, à radice spargens folia serè lata, serrata, semine purpureo.* Lapathi folia Britannicæ capite sequenti à Dioscoride assignantur: vel confundit Britannicæ & Betonicae historiam, vel lapathi foliis scripsit esse Betonicam, quod putant Betonicam à betaceis dici foliis, quod perquam ineptum est. Male idem semen Betonicae purpureum scribit. In margine Dioscoridis legitur florem purpureum esse. Semen vocavit Plinius spicam floribus & semine onustam. Vulgata & legitima Betonica à radicis capite folia emitit plura, longitudine quadrantalibus, posteriore sui parte bessem latitudine attingentia, nonnunquam etiam majora, in obtusum mucronem atque subrotundum desinentia, virentia, aliquantulum aspera, per ambitum serræ modò incisa, quercus cuiusdam similia, sed tamen minora, (partes autem incisorum eminentes, non acutæ, sed obtusæ sunt)

Betonica.



crebris & tortuosis venis in rugas contracta, tridentalibus aut longioribus hirtisque pediculis fini eorum immisiss annexa, partim humi prostrata, partim erecta, partim obliquo positu erigentium se speciem referentia. Quorum medio caulis assurgit tenuis, erectus, aliquantulum hirsutus, quadrangularis, pedem (plus minus) altus, individuus & hirsutus, uno atque altero intervallo, bina folia è contrariis duobus lateribus proferens, in exortu brevibus sibi in vicem pediculis adversa, & qui prope terram sunt multo minora. In summo caule oblonga & spicata coma est æstatis initio, brunellæ vel bistortæ, aut scrophulariæ majoris non dissimilibus, atque in ruffo modicè purpuracentibus floribus plena: quibus quaterna plerumque succedunt parva, oblonga angulosa, & colore nigra semina. Radicem habet perennem, minimo digito graciliorem, brevem, fuscam, in mul-

tas tenues, nigrantesque fibras distractam. Saporem folia & flores habent amariuscum, & subacrem. Iulio mense floret: amat loca opaca, reperitur tamen in pratis soli expositis, sed humentibus; adolescit & in horis. Negabir quispiam hanc plantam esse betonicam, quod folia ejus odore careant. Respondeo, in veteri codice non sicut, sed in aliis legi. Sed suavem, non tamen vehementem spirat odorem. Addo in quibusdam regionibus odora reperi. Apud nos quod odorata non sint, facit coeli solique frigiditas cum humore conjuncta. Id vel ex eo patet, quod pro siccioris loci ratione, antiquæ tempore, si terantur, majorem emitantur odorem. Betonica duplex est, altera spica breviore, altera longiore, molliore, serius florente, & altius excrescente: datur & flore albo. Cæterum unum tantum betonicae genus novisse videtur Dioscorides; plura Ægineta lib. 7., *Betonikè, λαττικλωτὸς οὐ ποτὲ φρεστὴν τὰ κλαύσια τῆς τοῦ γλήκωνος ἔχουσα, οὐ λαπτίποτη, οὐ σχέδιος ἀπότα γυδομένος. Φύεται ἐν μαλισκαῖς περιέστησι τριπάτοις. Ηγείται τοῦτο εἰς τοῖς εὐφρατηρίαις διαφανῶς. Εἰσὶ δὲ τοῦτοι Ρωμαῖοι αὐλαὶ τοῖς, οὐ διοστηγεῖδης κίστος ὄντος καίσει, αἴλοι οὖθι ψυχοτεφεῖ, οὐδὲ τὸ χαίρειν τοῦ ψυχοῦ τόποις, μηδὲ θύμοις ἔχοντα τὴν απειρεμένην ποτὲ τὴν ιεραῖς.* Betonica herba est ramulis exilibus, pulegio similibus sed tenuioribus, & propemodum, si gustes, nullum qualitatem referentibus. Nascitur potissimum locis petrosis, qua & in rumin medicinis utuntur. Est autem apud Romanos alia quædam Betonica dicta, quam Dioscorides nominat cestron, alii verò psychotrophon, eo quod frigidis locis gaudet, nibil simile cum prædicta habet, præter actionem. Utramque novit Galenus, ac primam Ægineta *στεξιφρεζην.* Ac quidem de Dioscoridis, vel Romana Betonica agit, libro 7. simplicium. *Κίσερην ψυχροφορούμενατοι εἰ βετονική.* De altera hæc, lib. & cap. 5. de sanitate tuenda, habet *Ἐπιμβάλλεται ἐν αὐτῷ πορσούλαιον, οὐ μόνον αὔραι τάποις τοῖς αὐραπτοῖς, εἰσὶ δὲ τὰς λαβιάσιον, οὐ τὰς βετονικὰς πίσσας μίγνυσσι, οὐ κίσερον τὸ φρέσκον Κέλεσι μανιάμενον; Καλλιστοὶ δὲ τὸν βετονικὸν παύπτει, στεξιφαγεῖ (alii codices στεξιφαγεῖ, forte στεξιφρεζην). Ινοὶ δὲ απειρεμένην στεξιαζοντες φάρμακον μεβαλλούσι τὸν γαρδεστάχυν.* Huius inveniunt petroselinum, atque id solum satisfacie artriticis (petrocelinum nephriticis, non artriticis auxiliatur. Scribo ergo *ψευτοψεις*) iis verò qui calculo laborant; aliquid Betonicae & cestri (id est Romanorum Betonicae) quod in Gallis nascitur, vocant autem eam herbam saxifragam. (Quod calculos frangat de saxifrago alia quædam planta inferius agam) validius si medicamentum habere velis, adjice spicam nardi. Satis aperit *κίσερον* à Betonica diversam facit herbam. Frustra viri magni, ut Galenum & Dioscoridem concilient, pro copulativa particula καὶ disjunctivam & reponendam scribunt. Horum sententiam refellit Ægineta locus citatus, qui conceptis verbis Betonicam duplē facit, unam tenuifoliā, alteram quam Dioscorides cestron vocat. Eandem opinionem improbat Ætius, qui locum citatum Galeni libro quarto, capite trigesimo his verbis exscripsit. *Ἐπὶ δὲ τοῖς λαβιάσιον, οὐ τὸ βετονικὸν μίγνυται, οὐδὲ κίσερον τὸ φρέσκον στεξιφαγεῖ (scribe στεξιφρεζην).* Aliam ab his diversam Betonicam describit Auctuarii auctor, de quo superius egi. Clarissimus Dodonæus vulgatam Veronicam vult esse Betonicam alteram Æginetae: cuius cur improbem opinionem, rationem habeo nullam, Veronicae genera plura observarunt recentiores, Veronica alia mas, alia foemina. Mas erecta, duplex est, major & minor: illa latiore folio, & longiore spica: hæc angustiore folio, & breviore spica: videat lector Bauhini phytopanace. Vulgaris Veronicas his verbis describit Dodonæus: *Veronica caulis dedrantalibus aut longioribus serpit, & quidem ut plurimum per terram: folia ejus latinscula chamaedrys repente majora, candidioraque, secundum margines, ut illius, serrata; exigua lanugine pubescunt flosculi, in pediculis ordine digesti, dilute carulei: semen parvum, rotundum, nigricans, in siliquis planis, exiguum loculum præ se ferentibus compleetur: radix tenuis buc illuc divaricatur. Locis apricis, sabulosis, ac arenosis, non raro juxta tumulos & aggeres, agrorum septimenta, quandoque & in saxosis reperiatur.* Hujus autem *alia quædam species non accumbens, aut proserpens, sed assurgens atque erecta, priori forma satis similis: sed viribus inferior.* Exit & in pratis quædam, ac humentibus; cuius folia majora, virentia, levia, lanugine carent, alias priori foliis, ramulis serpentibus, dilute caruleis flosculis, & ibeculis similis: ignava autem, & nullius usus hac habetur. Iunio ac Iulio quidem floret, ac vigeat reliquis anni mensibus etiam